



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Praecipvarvm In comitiis
Ratisponensibus tractataru[m], & quibus nunc
potissimu[m] exagitatur Christi fides & religio, diligens, &
luculenta explicatio**

Pighius, Albertus

Parisiis, 1549

... de actis quae nuper emissa circunferuntur VI. & VII. synodorum, quod
parengrapha sint, minimeq[ue] germana eiusdem authoris Diatribae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29467

DE ACTIS,
 QVAE NVPER REMISSA CIR-
 cunferuntur. VI & VII Synodorum
 quod Parengrapha sint, & minime
 Germana. Alberti Pighii
 Diatribæ.

Albertus Pighius Christia-
 no lectori. S.



Quandoquidem conseruanda re-
 ligionis & fidei in domo dei vi-
 uentis, quæ est Christi ecclesia,
 vt semper existimaui vel in pri-
 mis necessarium, vt principa-
 lis quædam, qua gubernaretur,
 & in finem suum dirigeretur,
 in ea esset (sine qua nulla subsi-
 stere potest societas) instituta à Christo authoritas: Ita du-
 bitare non potui, quin ad eandem necessario pertinere de-
 buerit sua definitione & iudicio componere, subortas om-
 nes in eadem domo quæstiones & controuersias. In quibus,
 omnes qui eius familie sunt tenerentur illius sententiam
 simpliciter sequi & iudicio obsequi. Qua in re, cum
 & hoc mihi intelligere planè viderer, singularis ali-
 cuius diuinæ assistentiæ prerogatiua eandem opus ha-
 bere

bere, qua: non perinde, ut unus quilibet nostrum ex ea familia relatas ad se questiones & controuersias sua definitione & iudicio definiens, labi sineretur: ne malum bonum, & bonum malum statuens, tenebras lucem, & lucem tenebras, dux cecus cecis factus, nos secum pertraheret in perditionis foueam: facile mihi persuasi, in eo, Christum non defuisse nec deesse suae ecclesiae. Et quamuis humana haec natura excedant virtutem & potentiam: ad quam respicientes, mendacem reperimus omnem hominem, & subiectum infinitis erroribus. Quid tamen, non de conciliata humanitus, sed diuinitus instituta ciuitate, super illum montem fundata & posita nobis sermo est, in qua, idem ille eius architectus & conditor, necessarios nobis magistratus instituit, & cuius, officio suo convenientem auctoritatem, potestatem, energiamque, etiam quae humanam, in de creatam vim omnem excederet, elargitus est. Ita in summi, atque omnium maxime necessarii magistratus in eadem constitutione, certo visum est nobis, nec dormitasse, nec defecisse omnipotentem illam sapientiam: quae attingit à fine ad finem fortiter, & disponit suauiter omnia. Cui, nec per os a se nobis loqui difficile est: multo minus, per sua domus aut ciuitatis hierarchas, quos ipse nobis constituit: qualescunque alioqui illi sunt virae propriae merito. Cui meerationi, quum illam diuini spiritus deliniationem designationemque, quam in veteris illius populi synagoga expressit, Christi ecclesiae, aperte subscribentem inuenirem: in qua, ut inisi sunt omnes, suas quaestiones & altercationes, si quas haberent graues ac difficiles, referre ad auctoritatem Pontificis Maximi, praesidis illi cathedrae Mosaeicae, & sacerdotum secum pro tempore vicis suae seruientium domino: & eorum sententiam absque ulla aut discussione aut exceptio

ne sim

ne simpliciter sequi iudicio obsequi, ita quæsitam apud illos
veritatem se inuenturos securitatem acceperunt. Certissi-
mò iam mihi persuasit umbra & figura, ad suum corpus
solidamque veritatem analogiæ ratio, non minus hæc ipsa
nobis promissa à Christo in suo hoc regno, sua ecclesia: vt vi-
delicet principalis illa in eadem auctoritas, ad quam neces-
sario referenda erat exorta inter nos omnis de fide & reli-
gione questio & controuersia, & quam sequi omnes oport-
tebat, suffulta esset indefectibilis fidei singulari aliqua
prærogatiua ac priuilegio: & æquè non sineretur errare in
suis iudiciis & definitionibus, pro utilitate ad eandem cõ-
fugientium & veritatem requirentium, quam in illa um-
bra & figura veteri. Imò tantò vniuersa hæc nobis, quam
illis, promissa certius ac diligentius: quanto maior eorundem,
nobis, quam veteri illi synagoga, erat necessitas. Cui cum
verba quoque Christi apud Lucam euidenter subscribere
cernerem: quibus affirmat orasse se pro Petro, velut Eccle-
siasticæ hierarchiæ (quem iam dudum designauerat) princi-
pæ, ne fides eius deficeret ad confirmandos fratres in fide:
(quod ad eius officium præcipue pertinere significauit.) &
in eandem sententiam, veteres illos, orthodoxos toto orbe
patres omnes concurrere, qui in Petri successoribus, atque e-
ius cathedra, ex dictis Christi verbis, indefectibilis fidei sin-
gulare priuilegium recognouerunt & venerati sunt: & cõ-
fessu in vna illa, vt magistra fidei orthodoxæ vniuersæ ec-
clesiæ, singulari priuilegio conseruatam fidei integritatem,
qualis ab apostolis ab initio est tradita: vnam, inter omnes
totius orbis ecclesias, nunquam contaminatam impietate
heretica: Non potuit non certissima esse ea apud me, & fir-
missime stare sententia. Et quanuis illi contra, nobis ingens
ingereretur Romanorum Pont. Ecclesiasticæ hierarchiæ præ-
sidium

fidu catalogus: qui à scriptoribus plerisque nobis producen-
 tur & infamantur ut heretici: nihil tamen hoc infirmabat
 illa, ex tã certis principiis constitutam apud me sententiam.
 Cum sanctissimos etiam viros, & viuentes, & mortuos sal-
 tis criminibus & caluniis laceratos à plerisque scriptoribus
 certo cognoscerem: nec vllum inueni rem omnium, qui aucto-
 res proferuntur iniuste Pontificibus illis quos commemorat
 nota heresis, de quibus & credere & dicere nefas existi-
 mare, eam re passos humanum aliquid: & vel lapsos erro-
 re vel maleuolentia studio eius sententiae auctores fuisse po-
 steris. Id quod diligentius excutienti ipsam rei veritatem, &
 illorum omnium qui ex aduerso producuntur, vitæ historiam,
 deprehensum est mihi esse verissimum. Quemadmodum lib.
 4. hierarchiæ nostræ, per singulos, præsertim autem in An-
 stasio & Pont. Gratiano, illo decretorum compilatore à quo
 ille, orthodoxus aliqui & sanctus Pontifex, non semel in-
 famatur & producit ut hereticus, ita euident fecimus,
 ut vel digitis palpari possit impudens calunia: nec inueniat
 aduersarii quod contra possint dicere, tametsi maxime inue-
 tum cuperent, non solùm illi, qui nunc ex professo impugnant
 auctoritatem hierarchiæ præsidis, & eam vniuersam euer-
 sam vellent: sed etiam nostrorum plerique. Qui cum nihil didi-
 cerunt, quàm quæ in forbonis & scholis audire consueverunt
 non ferunt iis contradici ab aliquo, ne quid ignorasse vide-
 tur: sed ea vniuersa, tametsi parum sana, velut definitiones cer-
 tas, & Ecclesiastica dogmata nobis proferunt. Qui cum de ce-
 teris omnibus nihil habeant, quod nostris contradicere valeant
 in vno tamen Honorio triumphare se gloriantur, & iactant
 ut quæ non à privato scriptorum aliquo, cui contra sentire
 & dicere liceat: sed à duobus conciliis vniuersalibus VI.
 & VII. quorum necessario apud nos sacrosancta auctoritas
 est, affertur

est, affirmant, pronunciatum hereticum. Ex quibus quidam,
 multorum iudicio egregie doctus suo autem ipsius iudicio
 omnium doctissimus, cum forte Ratispona, in doctissimorum
 hominum conuentu de hoc ipso ageretur sermo, & ego præ-
 dictam sententiam assererem, ut certam & verissimam, tan-
 to cum supercilio & fastu mihi obiecit Honorium & præ-
 dictas synodos, ut desperare se de salute mea diceret nisi re-
 cantare eam sententiam. Quem cum ego contra sponsonem pro-
 uocare, intra tridui spatium me prolaturum scripto rationes
 plerasque, ob quas crederem acta illorum conciliorum quæ cir-
 cunferuntur maxime qua parte Honorij mentionem faciunt,
 non esse vndequaque Germana & certa fidei: quibus si satis-
 facere posset altero triduo, in eius me consensurum sententiam
 sponsionem quidem ex parte nostra satisfactum est, ille verò sue
 parti defuit: quantūvis à me prouocatus etiam coram multis ma-
 gniq; testibus. Itaque, tametsi memorato hierarchiæ nostræ
 loco, etiam Honorij, ab iniusta illa sibi hæresis nota vindicare
 studuerim, & demonstrare, non esse, quæ circunferuntur, Ger-
 mana ea acta memoratorum conciliorum: quæ, nescimus vnde,
 & absque ullius certæ fidei testimonio, nunc primum prodierunt
 in publicum. Quia tamē id ipsum, ut distracti in alia multa &
 appetentes ad finem instituti tunc operis, obiter fecimus: & mul-
 tum imponere dictorum conciliorum titulos & nomina intellexi-
 mus, quibus per se non est magnū de his quæ legunt, iudiciū,
 sed absque iudicio recipiunt quæcunque demum & qualiacunque
 sint ea, quæ ingeruntur sub probati alicuius auctoris nomi-
 ne: nec fas putant illa reuocari ad examē & iudiciū. Visum
 est mihi illas ipsas rationes nostras, quibus adducti nihil du-
 bitamus, acta illa quæ circunferuntur, sexta synodi, nunquam
 recte acta in ulla legitima synodo, sed maxima sui parte cō-
 mentita & mendacia: nec minus ea quoque quæ hoc ipso pe-
 ne anno

ne anno prodierūt, synodi VII. in plerisq. certe falsitatis no-
tis cōspersa fermēt atq; esse (vt miris nunc artibus & tech-
nis veterator ille & antiquus serpens his nouissimis tēpori-
bus, quibus relaxata ipsi liberiores habent videtur, oppu-
gnat Christi ecclesiā, atq; insidiatur simplicioribus) visum
est in quā eas ipsas rationes nostras, prēmisis subiungere: Pri-
mū, quod eiusdē tēporis & loci, atque isdem cognata futu-
ra sunt: deinde, vt illis Christiane admonearis lector, non te-
mere credere, quibuscunq; demū que nunc in lucē profertur-
tur, sub quorumuis nomine & titulis, nec habent seculorum
precedentiū consentiens certūque testimonium, quod illorū
sint, cum quorum titulis produnt. Ad hæc, ne aduersus pre-
rogatiuā illam, qua & in prēmisis controuersis, & aliis
asserimus, principalis autoritatis in ecclesia, hierarchia ec-
clesiastica præsidis, & de qua, vt certam omnes sententiam
habeant, publicæ ecclesiæ salutē atque eius vnitati in primis
conducere mihi certū persuasum est: quicquam te moneant
falsa impiorum hominum commenta, sub magnis, sed alienis
falsisq; titulis. Postremo, quoniā in recessu plus habere, &
longe alio quā omnes intelligant, spectare acta illa, qua se-
mentuntur VI. synodi, mihi videre videor: & talem nobis
celebrandorum in ecclesia conciliorū formam inducere, qua
& cum scripturis pugnet, & exemplis celebratorū in eccle-
sia conciliorum omnium: & qualem fere nunc imaginatur,
qui omnem ordinem, omnem hierarchiam, imō omnem reli-
gionē ex ecclesia sublarā cuperent: Ex quorū officina pro-
diisse illa nō immerito videri possunt. Quæ, dum qualis sit
tibi palam facere studeo: si tu interim lector liberum aucto-
ritatis ab euentis illis titulis animum, vni rei, veritati-
que diligenter accommodaueris, nihil dubito in nostram re-
concessurū sententiam. Vale.

QVOD ACTA

VI. SYNODI QVAE CIR-

cunferuntur Parengrapha

sint, Alberti

Pighii Dia-

tribae.



In primis non fuisse concilium Ec-
clesiasticum, & legitimum, si quod
fuerit, cuius ea sint acta, definitio-
nes & iudicia, hac mihi ratione cui
Ratio pri-
dens videtur. Quoniam secundum
ma.
diuinæ legis definitionem, sacerdo
Ex modo
talis proprie muneris & officii est,
forma
legem dei docere populum, & que
quo celebra-
cunque ad religionē eius pertinent
tum memo-
ac definire, si quid in illis, quæstionis
ratur.

ambiguitatis, ac difficultatis inciderit. Ita enim dixit domi-
nus ad Aaron. Præceptum sempiternum est in generationes
vestras, ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum &
profanum, inter pollutum & mundum: doceatisque filios Is-
rael omnia legitima mea, & rursus in Deutero. Accedent, in-
quit, sacerdotes filij Leui, quos elegerit dominus deus tuus
ut ministrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum
eorum omne negotium pendet: & quicquid mundum vel
immundum iudicetur, & iterum per Ezechielem. Populum
meum docebunt, quid inter sanctum sit & profanum, inter
mundum & immundum ostendent eis: & cum fuerit contro-
versia, stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt. Vides cuius sit
muneris & officij, docere populum quæ ad legem dei reli-
gionem cultumque eius pertinent, & stare ad iudicandum
in iudicijs domini, cum de his exorta fuerit quæstio & con-
trouersia aliqua grauis ac difficilis.

L Quam

*Prærogati
ua præsidii
principali
cathedra.*

Quam omnem, vt referrent omnes ad locum quemcunque elegisset dominus, hoc est, ad principalem cathedrā, & sacerdotes in eadem seruiētes domino vnā cum eius præside, per Moysen veteribus illis edixerat diuinus spiritus: & districte exegit, ne ad dexteram aut sinistram declinarent ab eorū iudicio, imò, & mortis pœnam constituit contemptoribus auctoritatis, sententiæ, & imperij sacerdotis præsidis. De quo, vt nostræ peruiuatæ omnem prætextum, omne pallium inobedientiæ excluderet, neue quisquam, rectūne illud & iustū, an iniquum & iniustū esset, merito sibi dubitandum diceret, & ante inquirendum discutiendūque, quā illi teneretur obsequi, is ille, cuius nomen est fidelis & verax, fidelem spōsionem interposuit, quod iidem illi, indicatūri essent iudicij veritatem inquirentibus. Et indicabunt, inquit, tibi iudicij veritatem. Qui sibi permittet imputari, si eius præcepto obsequētes, in subortis quæstionibus & cōtrouersis errauerimus. Pōtificis Maxi. & sacerdotalis, quod illi adest, cōcilij, sequuti sententiam & iudicium. Hoc quippe illud est pactum, quod per prophetam, indignis sacerdotibus exprobrat se pepigisse cū Leui, hoc est, vniuerso sacerdotali ordine. (Nā Leui aliquod annorum centuriis præcesserat vniuersum illud vetus sacerdotiū) quod iidem, quantum in ipsis erat, faciebant irritū. Pactum, inquit, meum fuit cum Leui, dicit dominus exercituum pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis. Lex veritatis in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labiis eius & c. Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Præcipit proinde nobis Saluator, vt faciamus quæcunq; nobis dicunt, qui in cathedra resident, etiam si sint vitæ perditæ. Nā multa dicēs in Scribas & Phariseos, & vā, iterū iterumq; denunciāns, ne tamen quisquam existimaret eorum demerita quicquam detrahere priuilegio, cui præsidebant cathedræ, aut prærogatiue auctoritatis sacerdotalis, quod indigne tenebant, officij, adiunxit. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruāte & facite: secundū opera autem eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Vides ex ore, & labiis sacerdotis, secundū pactū quod pepigit cū Leui, discendā nobis legem dei: non verò ex eorū manibus aut operibus: nec vitæ eorū indignitatem quicquā derogare

derogare auctoritati sacerdotalis officij, aut prerogatiue, cui præfident, cathedræ: quò minus, aut illi, tibi annūciēt veritatem quæ sit iudicij: aut tu, eorū sententiā sequi tenearis: & facere, iuxta omnia quæ dixerint & docuerint, nō quia boni, sãditi, & singulari præ aliis omnibus eruditione sunt præditi: sed quia sacerdotes, sedētes super cathedrā. Scribas enim illos & Phariseos suis depictos coloribus, affirmans tamen super cathedram sedere, subiungit. Omnia ergo quæcūq; dixerint vobis, seruare & facite. Ideo seruare, nō quia Scribæ & Pharisei: nō quia quales ante descriperat: sed quia sedēt super cathedrā. Sed hæc alibi astruximus accuratius. Quod verò hic ex his cōstare atq; euidentius esse volumus, hoc est: quod ad principalis cathedræ præsidem, & sacerdotale, quod illi adest, concilium, non verò ad Imperatorem, reges, principes, & Laicū populum, ex dei constitutione pertineat, diiudicare ac definire quæstiones & cōtrouersias, quæ ad fidem & religionē, cultūq; diuinum pertinet. Id quod omnes semper Christiani religiosiq; Principes ingenuè agnouerunt & confessi sunt.

Sic magnus ille Constantinus, qui primi illius vniuersalis Nicæni concilij auctor, certe procurator fuerat: imò, qui primus celebrandorum in ecclesiā vniuersalium conciliorum introduxit exemplum, & formam præbuit posteris, cum in vnu conuenissent venerabiles illi ex toto orbe sacerdotes & Episcopi, eosque in præparatam ipsis instructamque pro tanto consensu domū introduceret, ipse vltimus, cum paucis suis ingressus est: nec ante, quàm petita ab illis, quo id sibi liceret, & concessa esset licētia: nec æquali inter eosdem, velut vnus ex cognitoribus & iudicibus, sed humiliori sede resedit: velut spectator & testis quispiam, custos, assertorque synodalis auctoritatis & iudicij.

Sic & Theodosius ille minor, Candidianū comitē vice sua ad primam Ephesinam synodū mittens, literis ad eandē suis cōfessus est ad se nō pertinere, vt interesset synodalibus tractatibus, iudicijs, ac definitionibus: sed vt eorum auctoritatem tutaretur & assereret. Deputatus est, inquit, Cādidianus magnificentiss. Comes strennuorum domesticorum, transire vsque ad sanctissimam synodum vestram. Et in nullo quidem quæ faciundæ sunt de pijs dogmatibus quæstiones, seu potius expositiones, communicare. Illicitum nanquē est,

L ij cum

*Officia Imperatorum
& secularium principum in celebratis vniuersalibus
Constantinus in synodo Nicæna
ut se gesserit.*

Recognitio Theodosii in Ephesina prima synodo.

eum qui non sit ex ordine sanctis. Episcoporum. ecclesiasticis immisceri tractatibus. Agnoscit hic, totius tamen Christiani orbis Imperator, sui iuris non esse, non solum ut praesideat, sed nec, ut intersit synodalibus cognitionibus & definitionibus controuersiarum & quaestionum de dogmatibus fidei imò, confitetur atque affirmat hoc esse illicitum, ut qui ex sacerdotali ordine non est, immisceatur ecclesiasticis tractatibus eiusmodi.

Martianus Calcedonen. synodo ut interfuerit. Eandem praedecessorum suorum Christianam pietatem ac modestiam, idemq: exemplum, sequutus est Martianus Princeps Christianiss. in Calcedonen. synodo: nec nisi magna instantia exoratus à Legatis beatiss. Leonis, & sedis apostolicae, ex eorundem voluntate & sententia, disposuit ex suo comitatu, velut custodes quosdam protectoresque & assistentes concilio: qui Imperiali potestate, à factionibus improborum, ac seditiosis tumultibus (quibus paulò ante celebrata impia illa Ephesina secunda synodus plena fuerat) ipsum tutarentur concilium. Et tandem sessione v. etiam ipse sui praesentiam concilio exhibens, & patres exhortatus ad concordiam, dixit inter cetera: ad confirmandam fidem, secundum synodalem sententiam, non verò ad ostentandam potentiam, magni Constantini Imperatoris exemplo, intrasse se synodum: ut, inquit, abiecta omni prauitate, quorundam amputatis erroribus, quae à vobis ordinata fuerint, in perpetuum conferuentur. Agnouit & exhibuit suum in concilio officium nec ignorauit, ad quos pertineret ordinare in synodo conseruanda perpetuo. Quae, inquit, à vobis, non à nobis, ordinata fuerint.

Theodericus Gothor. rex. Idem agnouit, atque etiam ingenue confessus est, Theodericus Gothor. rex, quamuis Arrianus, in concilio quod eodem adnitente rege, in causa Symmachi Romani Pontificii esse celebratum est. In quo, cum iste de grauibus quibusdam criminibus accusaretur ab aemulis: interloqueretur autem concilium iudicari à se non posse primae sedis Episcopum: illi ad regem prouocabant, ut quem sciebant, aduersum sit erga ecclesiasticum ritatem permotus, seu (ut multi tunc crediderant) ob exemplum, quod longius respiciebat, diuinitus inspiratus, responsum tale concilio. disse legitur, synodalis arbitrii esse in tanto negotio sequenda pra-

da præscribere; nam ad se, nihil præter reuerentiam, de ecclesiasticis rebus pertinere; totum permittens episcoporum auctoritati & iudicio.

Quinto vniuersali concilio. Constantinopolitano 11. ille Quinto vniuersali Iustinianus Imperator magnificentiss. quamvis eadē in vrbe vniuersali præsens, nunquam interfuit: tamen si pleraque multa, ad se vniuersali concilio Iustinianum decunq; relata, referret ad concilij definitionem & iudiciū. Neque enim à patribus ad hoc inuitatus fuerat, nec vt inui Imperator quæ taretur vlla vrgebat necessitas: sed modum suum agnosces, suis præsentia iudiciali libere permisit causas fidei, & ecclesiasticas, sequutus synodalem auctoritatem, definitionem, & sen interfuisse tentiam.

Et hæc conciliorum ecclesiasticorum primæ notæ & auctoritates interitis ante sextum illud celebratorum exempla sunt, hæc, ofuitatū dicitur Imperatorum in ipsis conciliis.

At concilio illi, si quod fuit, cuius sint acta quæ circunferuntur, & impugnamus vt commēcia, Imperator cum proceribus aulicis suis, plena auctoritate præsidet, omniumque licis suis graduum, dignitatum, atque ordinum inuersa facie, commu tatoque ordine, præferuntur Consules & Patricij Romano Pontifici, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis. Ad læuam illis constituuntur Legati apostolicæ sedis & summi hierarchæ ecclesiæ: ad dextram, si deo placet, Græci illi commē li episcopi. Ipse cum suis, in tribunali aut throno Maiestatis gloriosus residet: agit vniuersa, quando præsens est, quæ ad principem sacerdotum, eiusque vicarium in sacerdotali concilio pertinent: proponit, interrogat, iubet, examinat, indicat, decernit: breuiter ad eum solum dicuntur referunturque omnia. Cū abest, eadē sibi auctoritatem iudiciali usurpant aulici eius proceres, velut principis nomine: agē dorūq; tacentibus & ad omnia conuiuentibus miseris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis: & gloriosissimi iudices vocitan dicto concilio in actis illis adulterinis & ficticiis: præferunturque in o. Quam id sæpissime replicatum legitur. gloriosiss. iudices, & sanctum præter concilium dixerunt. Quibus obsecro, quis dedit in his causis auctoritatem iudiciariam: quam ad solus sacerdotes con iunctos cum suo principe & Pontifici, Max. iure diuino pertine re demonstrauimus? De his enim, non illis dictum est à deo, sit.

DE ACTIS VI. SYNODI QVAE

vt in quaestionibus eiusmodi ad verbum eorū pendere deberet vniuersum negocium. De his, non illis, dictum est ab eodem, vt cū orta fuerit controuersia, quæ legem dei, fidem religionemque cōcernit, stent in iudiciis domini & iudicet. Ad hos, non illos, misit dubitantes & cōtrouertētes de quaestione aliqua graui ac difficili: & distictissime præcepit, absque vlla vltiori discussione eorundem sententiam sequi & iudicium. De his, non illis, dictum est à Christo, Omnia quaecunque vobis dixerint, seruare & facite, etiam qualicunque alioqui vita tibi esse videantur. Hi sunt illi angeli aut nuncij domini exercituum, ex quorum ore requirēdam nobis legē dei per prophetam denunciat.

Publicæ re Recognouit ille Theodosius, & confessus est nō licere, vt *cognitiones* quisquam immisceatur ecclesiasticis tractatibus, qui ex ordi-
Christianis ne sacerdotali non est: & his licitum fuit, hominibus profanissimorum
Maximo - simis, præsidere tractatibus istiusmodi, & sibi in illis vsurpare
rum Impe - auctoritatem iudiciariam? Magnus ille & vere Christianus
ratorum. Princeps Cōstantinus, cū sacerdotum aduersum se mutuo-
querelas ad se deferri videret, agnouit & confessus est, Sacer-
Theodosii dotes & Episcopos, secularium hominū in Christi regno &
iunioris, ecclesia, quamuis Imperatoris, Regum & Principum, à deo
Constanti- constitutos iudices: & non cōtra horum, illos, subiacere pos-
ni magni. se iudicio. Deus, inquit, vos constituit sacerdotes, & potesta-
tem vobis dedit, de nobis quoque iudicandi, & nos à vobis te-
ste iudicamur. Vos autem non potestis ab hominibus, secula-

Theodosii ribus videlicet, iudicari. Et D. Ambrosius, cū à Valentinia
maioris, no Imperatore de fide iuberetur certare, cū Auxentio Arri-
et notali - no in consistorio Imperiali, & sub Imperatoris iudicio, libera-
beram D. id recusauit constantia: atque se aduersum illum patris eius
Ambrosii Theodosii maioris, non solum vocibus, sed etiam legibus tu-
constātiā tatus est, quibus illum sanxisse affirmat, In causa fidei, vel ec-
et senten- clesiastici alicuius ordinis, eum iudicare debere, qui nec mu-
tiam, nere impar sit, nec iure dissimilis. Hæc enim, inquit, verba re-
scripti sunt, hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudica-
re. Proinde, & eundem. Valentinianum his verbis cōpellare
non dubitauit. Quando, inquit, audisti clementissime Impe-
rator, in causa fidei laicos de Episcopo iudicasse? Ita ergo
quadam adulatione curuamur, vt sacerdotalis iuris sumus im-
memores: & quod deus donauit mihi, hoc ipse putē aliis esse
cedendum?

cedendum? & c. At certe, si scripturarum seriem diuinarum vel vetera tempora retractemus, quis est qui abnuat in causa fidei in causa inquam fidei, Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare? Hec ille Ambrosius. At in commenticio hoc concilio, Græculus Imperator, in principali throno gloriosus residens, in causa fidei, tot summos Episcopos iudicat? In primæ sedis, & catholice totius ecclesiæ præfulem, etiam rebus humanis exemptū damnationis profert sententiam? Iam Christo coniunctum, anathema ab eodem pronuntiat? Nihil adhuc disputo, quàm maturo, discusso, exactoque iudicio, quàm iuste aut iniuste fuissent hæc prolata sententiæ à competētibus iudicibus: hoc enim paulo post explicabitur. Sed hoc tātum hic noto, quod ille Imperator, illi gloriosissimi, scilicet, Iudices, homines profani & laici, istiusmodi finguntur protulisse sententias, Et ne dicas sacerdotalis concilij, & non imperiali autoritate, has prolatas sententias, quamuis ille interfuerit aut præfederit concilio, aut forte quod id ipsum fecerit ex commissione Romani pontificis ecclesiasticæ hierarchiæ præsidis. Hoc factum nunquam probabitur, aut etiam potuisse fieri, vt laicus homo præfideret velut iudex summus, in sacerdotali cōcilio & definiendis causis istiusmodi, imò, nec factum quidem in illis ipsis actis memoratur, aut fingitur. Illud vero factum, aut saltem fictū, actio xvi. demonstrat, in qua Imperator ipse, in edicto quod eidem nominatim & proprie ascribitur, habet in hæc verba. Super hæc omnia anathematizamus atque refutamus & eos, qui superuacuos & nouitiorum dogmatū hæreticos authores & fautores sequuti sunt. Dicimus autem Theodorū, qui fuit Farautitanus Episcopus: & Sergiū qui fuit huius à deo cōseruandæ nostræ regie vrbis constitutus antistes, huic consentaneum, ac moribus & impietate parilē. Ad hæc & Honorium, qui fuit antiquæ Romæ Papa, horum hæreseos in omnibus fautorem, cōcurforē atq; cōfirmatorē. Hic ipse loquitur & anathematizat Imperator: anathematizat autem Romanum Pontificem, & alios iam dudum humanis rebus exemptos Episcopos.

Tempore Odoacris Herulorum regis, qui tum in vrbe Ro *Authori*
ma dominabatur, vacante forte sede apostolica: Basilius vir. *tas regia*
eminentiss. præfectus pratorio, & prædicti regis vices agens vt præsi-

L. iij

dere non consulendi quieti vr̄bis, & ecclesiæ indemnitati, studio, con-
 possit id cōuocato Episcoporum Romæ tum præsentium concilio in Mau-
 cilio eccle- seolum, cum super electione futura Romani Pontificis, & re-
 sistit al- rû ecclesiasticarû cōseruatione cū eisdem religiose, pieq; cō-
 tero exem sultaret, velut regia, quæ tunc Romæ dominabatur, autori-
 pro astrui tate, tamen cū præsentium Episcoporum cōsensu, legē pro-
 tur. conseruandis ecclesiarum bonis sancire conatus est, atque in
 hæc verba ad concilium Episcoporum locutus legitur.

Si amplitudini vestræ & sanctitati placet, in columbia om-
 nia, quæ ad futuri antistitis electionem respiciunt reseruem?
 hanc legem specialiter præferētes, quam nobis hæredibusq;
 nostris Christianæ mentis deuotione sancimus, ne vnquam
 prædium, siue rusticum, siue vrbānum, vel ornamentum, aut
 ministeria ecclesiarum quæ nūc sunt, vel quæ ex quibuscūlibet
 titulis ad ecclesiarum iura peruenerint, quocūque titulo aut
 commento alienari liceat. Et quicumque hoc facere voluerit
 inefficax sit, atque in irritum reuocetur, sitque facienti & cō-
 sentienti, danti atque accipienti, anathema. Hęc inquam lex,
 in vtilitatem ecclesiarum, ab illo pia intentione, tanquam ex
 assensu concilij & Episcoporum prolata est. Quia tamē in ea
 proferenda, homo Laicus & à sacerdotali ordine alienus, sed
 regiam autoritatē præferens, velut Episcopali concilio præ-
 fidens, & in eo vltra modum suum se extendens, se pene prin-
 cipalem fecerat: Episcopi rem considerātes post maturius, &
 exempli eius perpendentes perniciem, nō tulerunt legē eius
 modi in eum modum prolatam, alicuius esse momēti & effi-
 cacię dicētes, & vere dicentes, quod nō licuerit homini Lai-
 co dictare anathema in ordinem ecclesiasticum, nec sacerdo-
 ti anathema dicere: sed quod eiusmodi legis sanciedæ autho-
 ritas ad neminem spectaret, quā ad vnum ecclesiasticæ hie-
 rarchię præsidem Romanum Pontifi. Et hic, Græculus Im-
 perator, cum glorioss. illis suis iudicibus, scilicet, aulicis pro-
 ceribus, pro tribunali sedens, assistentibus sibi & tacentibus
 Episcopis, anathema dicit in summi ordinis Episcopos, iam-
 dudum humanis exēptos iudiciis? Calcedonen. synodus hoc
 quod in pō vnum, velut plane intolerabile, atque omnium grauissimum
 tificē Ro. vtpote: ad dissolutionem hierarchię ecclesiasticę spectans
 ausus sit (vnde suus decor, suus vigor, sua pēdet salus ecclesię) in Dio-
 proferre scoro præcipue vltā est, quod ipse, secundæ sedis Episcopus
 quamuis

quāuis vniuersalis, in quo regnabat, concilij Ephesini secūdi *excomuni*
 auctoritatem praeferens, in beatiss. Leonem Roma. Pōti. pro *cationis se*
 ferre presumptisset excommunicationis sententiam; & incō *tentiam.*
 municabilem eum facere, vnde pēdebat vnitas & cōmunio
 totius ecclesiae. Quem & irreparabiliter eam ob rem damna
 uerunt atque omni sacerdotali honore nudatum sua eieci-
 rūt ecclesia; nec aliter discusserunt, iusta ne, an iniusta fuisset
 ea sentētia, quā quod ipse temerario atque improbo ausu in
 summum hierarchā, cui ex forma hierarchiae subiectus fuerat
 insurrexisset ecclesiae. Quod, vt testantur acta eius concilij:
 ita Catholicus, quamuis Constantinopolitanus Episcopus,
 & qui eiusdem Leonis auctoritatem aduersum se expertus
 fuerat, ingenue tamē cōfessus est: nec ignorare potuit, vt qui
 Calcedonenſis illius concilij magnā pars extiterat. Et hic, si- *A minori*
 lius patri suo, iam dudum quiescenti in pace, & cuius eatenus
 apud omnes (quod mox demonstrabimus) sanctissima mēmo-
 ria fuerat, Romano Pontifici, anathema dicit? Hoc cine quif
 quam, cui vel mica sanāe mentis & iudicij superest, in cōcilio
 non solum ecclesiastico, sed etiā vniuersali & legitimo, actū
 potest credere?

Et hāc nobis ratio satis euidenter demonstrare videtur
 quod nullum fuerit concilium ecclesiasticum legitimum, mi-
 nime vero omnium vniuersale, cuius eiusmodi acta fuerint:
 videlicet ex eius moderatore & praeside, gloriosisque illis
 quos profert, iudicibus, ad quorum auctoritatem pertinere
 non potuerunt, quae peracta illic referuntur iudicia.

Altera nobis ratio, qua idem mihi euidenter esse videtur, ex *Ratio Se-*
 modo ducitur & forma processus iudicarij aduersus eos ha *cunda Ex*
 biti, qui in eo dem concilio damnantur vt heretici, & anathe *mō ex for*
 ma pronunciantur. Est autem quae sequitur. *ma proces*

Non potest esse legitimum concilium ecclesiasticum, vni *sus iudicia*
 uersale praesertim, in quo, iam exempti humanis rebus aliqui, *rii aduer-*
 damnantur vt heretici & anathema dicuntur: quod procedit *sus damna*
 ex abrupto, temere, incōsiderate, nō praecedentibus argumē *tos in con-*
 tis & probationibus legitimis, irrefragabilibus, & luce clario *cilio vt ha-*
 ribus de tam enormi crimine: & quod in eo decesserint. Vtrū *reticos.*
 que enim est necessariū. Primum, in omni iudicio, quo quis *maior, aut*
 damnatur alicuius criminis. Secundum, Singulariter in eo iu- *Assumptio.*
 dicio quo pronūciatur anathema in mortuū: praesertim, qui

DE ACTIS VI. SYNODI QVAE

*Fieri ana-
thema.*

*Mortuus
quo pacto
damnari,
& anathe-
ma pronu-
ciari possit*

*Sumptio a
minore.*

in vita nullius criminis notatus, aut in legitimo iudicio dam-
natus extitit. Est enim anathema, ex usu scripturae & ecclesia-
stico, praesciso à Christi corpore, & fieri anathema, praescindi
ab eodem. Quae authoritas, ecclesiae, hoc est, eius summi hie-
rarchis, rectoribus & pastoribus, in contumaces & suis iussio-
nibus ac moderationibus rebelles, competit. Cum damnatur
mortuus, aut anathema pronunciatur: declaratiue tantum, non
iam authoritatiue fit hoc est, non praescinditur auctoritate ec-
clesiae à societate Christi & corpore: sed praescisus declaratur.
In quo iudicio, ne sit usurpatum, falsum ac temerarium, neces-
se est, ut iudicanti certò constet, non solum vere commississe
illud hoc crimen cuius damnatur, sed etiam quod in eo deces-
serit finaliter impoenitens. Nullum enim est peccatum tam gra-
ue, quod non tollatur vera poenitentia: & de quo, etiam cui-
que, quandiu in statu huius vitae est, poenitendi facultas subla-
ta non est, nisi forte excipienda sit una in spiritum sanctum blas-
phemia. De qua tamen, quae ea sit, nondum inter omnes con-
uenit, cum fere impoenitentiam finalem, eam ipsam definiat:
tamen si mihi non probetur ea sententia. Vt cunque tamè hoc
sit, de nullo mortuo sine temeritate definiri potest, quod di-
uisus sit à Christi societate & corpore, de quo non certo nobis
constat quod in aliquo eorum criminum quae à Christi regno
& societate nos excludunt, decesserit finaliter impoenitens.
Costat ergo assumpta per nos propositio, nepe, fieri non pos-
se, ut sit legitimum concilium ecclesiasticum, vniuersali prae-
sertim, quo, qui, iam mortui, sunt damnati haereseos, & anathe-
ma pronunciati, non praecedentibus argumentis ac probatio-
nibus certis & irrefragabilibus, non solum de tam enormi cri-
mine, sed etiam quod in eo impoenitentes discesserint.
Eiusmodi autem fuit concilium, si quod tamen fuit, cuius
ea sunt acta quae circumferantur v. i. synodi. Siquidem dā-
tus legitur in eis Honorius, & alij plerique iam dudum vita
hac defuncti, ut haeretici: & anathema pronūciati, hoc est, de-
clarati diuisi à Christi societate & corpore: de quibus illico
concilio nunquam legitime, & certis argumentis cōstitit, quod
haeretici fuerint, & in crimine haereseos impoenitentes discesse-
runt. sine quo non potuit non esse temerarium & iniquissimum
illud iudicium. Quod ut euidenter intelligatur ab omnibus
in primis & ante omnia intelligendum est, quid sit esse ha-
reticum

reticum, & quod crimen hæresis.

Est autem hæresis, ex vsu diuinæ scripturæ & ecclesiastico, *Minoris probatio*
crimen grauissimum, quod Apostolus inter illa opera carnis *Hæresis*
enumerat, Idololatriam, veneficia, homicidia: & quæ eius ge- *quid,*
neris sunt: de quibus pronūciat Quoniam qui talia agunt, re-
gnum dei non possidebunt.

Deinde, & hoc intelligendum est: Hæresim, ex vsu earun-
dem scripturarum, ecclesiasticorumque patrum, esse erroneā
fidem, quæ creditur contra quam habeat communis, definita
ac certa fides ecclesiæ: nec hoc ipsum credēs ignorat, sed sibi
persuadet, aut persuasus est, à magistris doctrinæ hæreticæ, se
rectius credere, quàm cōmuniter credat ecclesia. Neque enim
omnis error, de aliquo, quod pertinet ad veritatem alicuius
credendorum, aut nostræ fidei, est hæresis. Non enim omnis
error eiusmodi, capitale crimē est: imo errare in aliquo eorū
etiā sine peccato cōtingit. Sed is error atque eiusmodi, quo
singulare aliquod eligitur, ab eo, qui non ignorat communē
Christi fidelium fidem habere oppositum: & quo, quis se se-
iungit ac diuidit à communi Christi corpore, Quare & hæ-
resis, hoc est, electio, dicitur: & per se ipsum, hoc est, tuo ipsi⁹
iudicio damnatus hæreticus (quia separatus & diuisus à com-
muni ecclesia) pronūciatur ab Apostolo. Habet proinde ad-
iunctam etiam secum pertinaciā. Scit enim, sed sequi non cu-
rat communem sententiam ecclesiæ. Verissime proinde Ori-
genes in epist. ad Titum, tractans illud Hæreticum hominem
post vnam & alteram correptionem deuota, sciens quoniam
peruersus est, qui est eiusmodi, & proprio iudicio cōdenat⁹.
Hæreticus nobis, inquit, habendus est omnis ille, qui Christo
se credere profitetur, & aliud de veritate Christianæ fidei
credit, quàm habeat definitio traditionis ecclesiasticæ. Certū *Hæretici*
ergo quid ante sit oportet: ex definitione traditionis ecclesi- *definito*
asticæ, antequā error, aut erronea de eo fides, possit dici hæ- *apud ori-*
resis. Nota præterea cui sufficiēter sit oportet, de eo ipso, de *genem.*
finitio traditionis ecclesiasticæ, aut cōmunis ecclesiæ sentē-
tiæ, vt error illi cōtrarius dici possit crimen hæresis. Vbi enī
quis crederet, quāuis falsum aliquod, tamen nondum defini-
tū in vnam partē aut alterā ab ecclesia, vt de quo forte nun-
quā quæsitū est, aut ita cōtrouersum, vt ecclesiæ visum sit defi-
nitionem, aliquam interponere, quāuis forte eius oppositum

inferri posset ex nonnullis scripturæ locis, aut iis quæ cõmuni-
ter sentit ecclesia, aut iadudũ eius definitiõẽ certa sunt imò,
etiã si plane sētiret cõtra cõmunẽ, & iam definitã ecclesiã, &
scripturarũ sententiã, hoc ipsum tamẽ nõ animaduerneret, sed
generali nihilominis fide maneret in ecclesia: vere parat⁹ se.
per eius sententiã, mox vt sibi intellecta foret, se submittere:is
erraret quidem in fide, sed non esset hæreticus, vt pote, carẽs
superbia illa diabolicaque cõtumacia, & electiõne singularis
opinionis à cõmuni, quæ sibi ignota non est sententiã: quam,
& ipse (vt fere fit) ante cũ omnibus sequutus est: & intelligit
Apostolicam sedem, & eos quorum fidei merito se cõfirma-
re tenetur, sentire oppositũ. Vnde scitum est illud Augustini.
Errare possum, at hæreticus esse non possum.

*Qualis in
inquisitionis
processus
de crimine
Honorij ha-
bitus lega-
tur in actis
illius vi. cõc-*

Hoc supposito videamus nunc processum inquisitionis de
Honorio, habitum ab eodem cõmẽticio (quod nos dicim⁹)
cõcilio: testes: & eorum examen legitimum: argumenta quo-
que producta aduersus eundem, ex quibus cõcilio luce cla-
rius cõstare potuit, ipsum fuisse, & decessisse hæreticum, im-
pœnitentem finaliter. Vtrunq̃ enim concilio illi constare
debuerat: quo iuste potuisset eũ iam quinquaginta annis mor-
tuũ, & in pace quiescentem, damnare vt hæreticum, atq; ip-
sum anathema dicere, hoc est, declarare diuissum à Christi so-
cietate & corpore. Quemadmodum suprà demonstrauimus.

Certe post excussa diligenter illius cõcilij acta omnia, nul-
lũ processum inquisitionis de tã damnabili crimine, & quod
in illo decesserit impœnitens, aduersus illũ habitũ fuisse inue-
nio: sed tãtũ inter chartas Macharij, productas ex chartophy-
lacio Constantinopolitanę ecclesię, inuentum commemora-
tur exemplar epistolarum, eius titulo & nomine scriptarũ ad
Sergium Constantinopolitanum Episcopũ, annis ante tã mul-
tis mortuum. Nondum disputo, quid contineri referatur in
illis ipsis epistolarum memoratarũ exemplis: sed do interim
continuisse eadem, quicquid volueris: etiã quippiam, palã
contra aliquem articulum fidei, & veritatem iadudũ certã
ex definitiõẽ aut cõmuni fidei ecclesię. Sed hoc est quod di-
co, nullã inueniri in omnibus illis actis factã inquisitionẽ, au-
t illã chartã, illa exẽplaria, concordarent cũ ipsis Honorij au-
thographis epistolis, quæ nusquam productæ leguntur: nul-
la eius rei nec requisita quidem argumenta: nulli producti
& legi.

tanam hæcenus perseverat. Hæc ille ad Imperatorem Græcum. In quibus audis Græcorum morem. Quin & suis idem ille literis hoc ipsum accidisse à Græcis in eadem epistola cōqueritur. Et ob eam causam, quasi illud sibi præuisum fuisset, omnium à se scriptorum, & missorum authentica, & certissime fidei exemplaria, magna diligentia penes se retinuisse testatur, ad quæ prouocat.

Recollectio Ex quibus omnibus, euidens mihi factum videtur, quicquid demum continuissent illæ ipsæ chartæ, sub titulo exemplarium Epistolarum Honorij ad Sergium, etiam si apertam hæresim contra symbolum & Apostolicum & Nicænum, & quibus niteretur, iam ante definita ab ecclesia, quod ex illis non poruerit Honorius iudicari vnquam fuisse hæreticus. Primum, Quia an illius ea verè fuerint, nunquam legitime probatum, imò, nunquam inquisitum, illa ipsa acta, quamuis nugacissima & mendacissima, palàm tamen loquuntur & demonstrant. Deinde, quoniam stat, vt suprà ostensum est, errare quempiam contra aliquem articulum fidei, aut veritatem eius certè ex definitione aut communi sententia ecclesiæ, non tamen esse hæreticum; qui hoc ipsum non animaduertit, sed generalitèr de consensu ecclesiæ, & caret pertinacia. Ad hæc, vt clare cōstaret de mortuo quopiam, quod in vita sua aliquando fuisset hæreticus, de quo tamen viuens notatus non fuisset, non posset de eo condemnari, & anathema pronunciari, nisi clarissimè de eo ipso probatum fuisset, quod in crimine hæresis discessisset impænitens. Cùm aliqui temerarium, præsumptum, & iniquum necessario fore eiusmodi iudicium quilibet intelligit. Qua enim temeritate, qui mortuum aliquem pronunciant anathema, hoc est diuisum à Christi societate & corpore, de quo, ipsis certò non constat quod in crimine damnabili sit mortuus impænitens? Quibus, an non merito illud dicetur Apostoli. Vos qui estis, qui iudicatis alienum seruum? qui Dei partes, cuius vnus iudicio iam subest, eiusmodi vestro iniquissime usurpato iudicio inuaditis? De Honorio igitur, etiam quicquid demum cōtinuissent productæ sub eius nomine chartæ, aut epistolarum exemplaria, etiam vt certo probatum fuisset ea ipsa concordare cum authographis suis, & ab omni falsi suspitione fuissent alienissimæ, demonstratum quoque sufficienter per ea fuisset, quomodo cunque volueris,

lueris, errasse illum circa certam, & iam dudum definitam aliquam fidei veritatem (quorum tamē omnium nihil est: imō, neque allegatum quidem, necdum luce clarius probatum illi concilio) non tamen potuisset iudicari fuisse hæreticus, & ut talis damnari, atque anathematizari post mortem, nisi & hoc quoque de eodem probatū extitisset luce clarius, quod errori illi addidisset pertinaciam: sine qua, nullus error est crimē hæresis. Item, quod in ea pertinacia, post canonicam, sufficere tem, & debitam admonitionē decessisset impœnitens. Quod cum non solum nunquam factum, sed nec dictum, nec cogitatum quidem, illa ipsa acta palam loquuntur & demonstrant, quātumvis mēdacia: temerarium sit oportet præsumptum & iniquum planē illius concilij (si quod fuit eiusmodi) de Honorio, etiam ex quibuscunque & qualibuscunque scriptis eius, iudicium: quo, postquam quinquaginta & eo amplius annos in sancta pace requieuerat, damnatus, atque anathematizatus est ut hæreticus. Quod, cum de iudicio vniuersalis concilij legitime celebrati sit impium credere: constat ea ipsa acta esse qualia diximus: parengrapha, commētia & supposititia: aut certē multis partibus falsata, nec Germana alicuius vniuersalis legitime celebrati concilij.

Tertia ratio, ex qua idem mihi constare videtur, ex causa ducitur, quā illi, in eisdem actis imponitur Honorio: ob quā, tanto post mortem suam hæreseos damnatus, & anathema pronuntiatus est. Est autem ea, quod senserit vnam tantum energiam aut operationem voluntatis fuisse in Christo. Quā vere autem illi hoc sit impositum, mox videbitur. Interim detur esse verissimum: detur, quod illi imponitur, credidisse, affirmasse, docuisse ipsum, quod nunquam credidit, nunquam affirmavit, nunquam docuit: ex eo tamen non potuit iuste post mortem suam damnari atque anathematizari ut hæreticus.

Demonstrauimus suprà, ex vsu diuinæ scripturæ & ecclesiastico non omnem errorem aut erroneam fidem, de aliquo quod ad veritatem credendorum pertinet, esse hæresim: sed eiusmodi, qua quid creditur, cōtra, quam habeat communis, certa, ac definita fides ecclesiæ: utque aptissime & verissime Origenes definierit hæreticū, eū qui Christo se credere professus, aliud de veritate Christianæ fidei credit quā habeat definitio

Ratio tertia ex causa, quæ Honorio in actis illis suæ damnationis imponitur.

Etia si credidisset & docuisset, Honorius quod illi falso imponitur, non

posuisse ip-
sum ob id
dānari ut
hæreticū.
Nullum er-
rorē, hære-
ticum face-
re, nisi qui
aduersa-
tur verita-
ti certæ ex
cōi ecclesiæ
sententia
definitione
q; ecclesiæ
astica.
Necdum de
finita oīa.

definitionis ecclesiasticæ. Quam tamen definitio-
nem ita modificandam existimauimus, quando ea ipsa defi-
nitio traditionis ecclesiasticæ & communis ecclesiæ senten-
tia, contra credenti sufficienter nota est. Quod quando est,
iam errori suo coniunxit pertinaciam, aduersus communem
ecclesiæ sententiam: à qua, sibi satis cognita, dissentire tamen
sibi duxit in animum. Ante omnia ergo, ut quis error sit cri-
men illud atrocissimum hæresis, & quis errans, hæreticus, cer-
tum id sit oportet, ex communi ecclesiæ sententia, aut defi-
nitione ecclesiastica: cui contra sentiens ille, errat. Neque e-
nim quicquid verum est, & ad veritatem fidei quoquo mo-
do pertinet, continuo certum est ex definitione ecclesiasti-
ca. Necdum enim omnia definita sunt, sed pleraq; adhuc per
missa inquisitioni discussionique fidelium quo & salubriter
exerceantur ingenia, & excitentur studia: de quibus, in utrā-
que adhuc partem libere disputatur ab orthodoxis: & utri-
uis pars licite asseritur, tametsi altera tantum vera sit, & falsa
altera. Quid sit peccatum originis, adhuc hodie ex ecclesia-
stica definitione certum non est. Ita fit, ut quidam ipsum di-
cant, concupiscentiam carnis nobis congenitam. Aliis vi-
detur non ea esse, sed carentia originalis iusticiæ, Alij
utrumque in eius ratione complectuntur. Aliis verò ni-
hil horum videtur omnium, sed ipsum peccatum originis:
nempe, Adam cuius reatus constringat omnes communis
propagationis lege ab eo natos eius filios. Quicquid autem
horum quis dixerit, & si errer, non peccat errans: nec est hæ-
reticus, quamdiu ex ecclesiastica definitione, quid illud pro-
prie & vere sit, certum non est. Quin & hoc certum est &
notorium, non omnia quæ nunc certa sunt ex definitione
traditionis ecclesiasticæ: semper certa extitisse omnibus; nec
simul omnia definita fuisse ab initio, sed successiue, suis quæ
que temporibus. Apostolis ipsis, diu post acceptum spiritū,
setiam longe lateque in multa millia, in multas ciuitates, re-
giones, & prouincias, Cæsariam, Antiochiam, Samariam,
Phœnicem, Cyprum, & loca intermedia propagato Christi
euangelio, certum nondum fuerat, imò planè ignorabant,
illud ipsum, etiam gentibus missum ad salutem: vsque dum
cœlesti oraculo moneretur Petrus accedere Cornelium, &
deinde ceteros ipse de hoc certos redderet Apostolos. Pri-

Non simul
certa defi-
nitaque o-
mnia fuis-
se ab in-
itio, sed suis
quæque tē-
poribus.

mitiur illi ex Iudæis ecclesiæ, ab initio, & deinde annis mul-
tis, certum non erat, legem Mosaicam iam dum euacuatam
per Christum, atque ipsos ea non obligari vnâ cum euange-
lio: imò Apostolos studiose & data opera cauiffe, ne illis in-
notesceret hæc fidei veritas: vt quam intelligebant multis
obstaculo & scandalo fore, ne ad Christi fidem conuertere-
tur, acta testantur apostolica. At post ablato eo scandalo, etiâ
hæc ipsa omnibus innotuit fidei veritas. Multa deinde & a-
lia nostræ fidei, ab initio certa omnibus non fuerunt: quæ post
ex definitione ecclesiæ certa facta sunt, ante quàm, error de
eisdem, nemini vertebatur culpa: præsertim illi capitali & fu-
nellissimæ, crimini inquam hæreseos. At postquàm ecclesiæ
sua definitione certa facta sunt, qui illi, iam sibi non ignora-
tæ, contra sentire, affirmare, & docere præsumeret, is ille iam
vere erat hæreticus, & error eius eiusmodi pestilentissimus,
& damnabile crimen hæresis. Agrippinus ille, quondam Car-
thaginen. Episcopus, hæreticorum odio & execratione, om-
nia apud illos sacramenta irrita esse primus docebat, Reba-
pizandos proinde baptizatos ab eisdem, si qui ex eis reuer-
terentur ad gremiam ecclesiæ catholicæ, & multis scriptura-
rum authoritatibus, adeò apparenter suam hanc opinionem
altruxerat, & plerisque persuaserat, vt etiam sanctiss. illum &
doctiss. Pontificem & martyrem Cyprianum, vnâ cum vni-
uerso illo suo, numerosissimo sanè, Africano episcoporum
concilio, in erroris illius sui assensum pertraxerit. Sed quia
hoc eatenus ecclesiastica definitione certum non fuerat, quod
paulò post B. Stephani Romani Pontificis, & apostolicæ se-
dis definitio certum reddidit: quam sequuta est vniuersa per
orbem Christi ecclesiæ, factum est, vt Donatus post illam de-
finitionem idem asserens, sit habitus hæreticus: illius autem
Cypriani sancta & gloriosa apud nos perduret memoria. Post subse-
quentes & primi inuentores falsi & erronei dogmatis sint
catholici: sectatores verò rectè iudicentur hæretici, absol-
uantur magistri, condemnentur discipuli, conscriptores li-
brorum opinionis erroneæ, filij regni sint: assertores verò ge-
nenna suscipiat. Ita quoque B. Irenei Lugdunen. Episcopi
& martyris, Lactantij Firmiani, D. Hilarij, B. Ambrosij & a-
liorum multorum sancta & gloriosa perdurat & celebratur
memoria in ecclesiâ: si quis tamen quæ in eorū scriptis inue-
niuntur

M niuntur

hæreticū. niuntur omnia, nunc vellet asserere, post certam de plerisq;
Multos sã eorum veritatem contrariã ex definitione traditionis eccle
Etos ortho sasticã, is merito dñaretur vt hæreticus. Quare de cuiusq;
doxosq; pã sententia in fide erronea, quã in scriptis eius legitur, vt recte
tres docuiss iudicari possit, an illi deputari culpã debeat, præsertim, ei ca
se multa. pitali, crimini inquam hẽreseos, diltinguere tẽpora oportet,
quã nũc as & prudenter diiudicare, is ille, an definitionem de eadem ec
seri nõ pos clestẽ contrariã subsequutus sit, an vero præcesserit. Nam si
sẽt sine cri præcesserit, nulli id vitio, nulli culpã, nulli crimini eidem ascri
mine hẽre bi poterit: nec ipse, propterea damnari vt hæreticus, nec eius
sis. Nota scripta hæretica. Tametsi error perstringi & notari possit,
regulam. & lector admoneri, ne illi sit offendiculo. Secus erit, si is il.
Ostẽditur le, subsequutus sit definitionem eiusmodi, sibi non cogni
ex præmissam.

sis, ex sibi. Ad propositum igitur hæc accommodantes. Senferit Ho.
quãuis ful norius quod volunt aduersarij, & assertores actorũ comen
so imposi tiorum illorum, quã nos coarguimus: crediderit, & affirma
tis, non po uerit vnam tantum energiam voluntatis in Christo. Quidũ
tuisse dã denique? Nunquid propterea aut ipse, aut alius quiuis ita sen
nari Hono tiens & affirmans fuisset hæreticus? Eatenus nunquam audi
rium. ta erat in ecclesia ea quãstio. Vnicãne volũtatis energia, an
duã energie dici deberẽt in Christo: sed planẽ noua inter cõ
tentionũ studiosos aliquos mota earũ quãstio fuerat. Nus
quã etiam occurrũt istiusmodi voces in sacris literis, in partẽ
vnam aut alteram: sed hæreticorũ quãstionibus, & catholico
rum disputationibus: binã paulõ ante fidei veritates exagita
tã, discussã, definitãquẽ fuerant. Prima, de vnica Christi sal
uatoris nostri persona, contra Nestorium: qui Christum bi
partiebat, & pro vno, duos nobis introducebat Christos alte
rum, solum Deum: alterum solum hominem, qui ex Maria na
tus est, quam proinde, non Dei, sed hominis tantum Christi
genitricem blasphemabat. Cuius dogmatis impietas Ephe
sino primo concilio damnata fuerat, & definita orthodoxa
veritas: nempe vnicum tantum Christũ esse, Deum simul &
hominem. Altera, de duarum naturarum veritate: diuina in
quam & humana, in vno Christo: aduersus Euticerem, & eius
sectatores, qui ita faciebant vnum Christum, vt veritatem il
li duplicis naturã adimerent: sed imaginabatur conuersionẽ
vnus in aliam. Cuius stultam, & diuinis scripturis contradi

cētem opinionem damnauerat Colcedonē. synodus: & suę definitionis calculo certā omnibus fecit veritatem orthodoxam cōtrariam. Aduersus assertores impietatum istiusmodi, eatenus laborauerat Christi ecclesia: & vix dum obtinuerat catholica veritas, Tam enim est pertinax, vbi semel altius radices egit, hæretica impietas, vt vix cedat veritati, quamuis euidētissima: vt quamuis concordī catholicæ per orbem ecclesiæ relictetur sententiæ. De energiis verò volūtatis Christi, pluresne illæ dicendæ essent, an vnica: eatenus nunquam quæsitum, nunquam controuersum quicquam fuerat in ecclesia, certē, nihil definitum: nec vlla pendeat pietatis iactura, ex eius quæstionis ignorantia. Quare qui tum ad suppositi vnitatem respiciens, & ex philosophicis rationibus persuasus, actiones primo suppositorum esse tamen à natura prodeant: ad hæc, in vno supposito, necessario requiri vnitatem *τὴν ἐν ὅλῳ*, quod & in illo, & in nobis voluntas est, credidisset vnicam esse voluntatis energiam in Christo: non fuisset ea propter hæreticus, imò nihil peccasset ita credens, modo cum vnitatem suppositi vnus Christi, veritatem duarum in eo naturarum confessus fuisset. Nihil enim amplius eatenus de Christo ex ecclesiæ definitione certum erat, præter ea quæ continet Nicænum symbolum, Imò multo probabilior, atque excusabilior, huius, eo tempore, error fuisset ante definitionem ecclesiæ contrariam, quam beatiss. Cypriani & suorum de rebaptizandis hæreticis fuerat. Cum his cōstare poterat communis eatenus ecclesiæ per orbem obseruatio cōtraria, in qua se præcipue fundabat Beati Stephani & Apostolicę sedis subsequuta definitio.

Iniustissime ergo damnatus fuisset post mortē suam Honorius, aut quicuis alius, & anathematizatus vt hereticus, propterea, quod credidisset in vno Christo, cum veritate duarum naturarum in eodem, vnicam tantum fuisse voluntatis energiam, non energias plures: ante vllam definitionem ecclesiæ contrariam, imò multò iniustius, quàm si quis iam post tot sæcula gloriosum illud martyriū & Pontificum lumen Cyprianum (quo Augustinus illum dignatur elogio) obscurare aggrederetur, atque ipsum damnaret, anathematizaretq; vt hæreticum, quod docuerit rebaptizandos baptizatos ab hereticis: quod qui nunc doceret, merito haberetur hereticus. Aut

M ij

si quis B. Ireneum, Lactantium, Hilarium, Ambrosium, & alios plerosque patres orthodoxos & sanctissimos, quorum in benedictione gloriosa apud nos merito celebratur memoria, atro carbone nunc notare veller, & abscissos pronunciare à Christi societate & corpore, quod in eorum scriptis inueniantur nonnulla, quæ nunc non recipit communis doctrina ecclesiæ: & de quibus veritas post illos illustrata & certa nobis facta est.

Certè, si iuste ob sententiam eiusmodi (quæ nunquam tamen eius fuit) tanto post mortem suam tempore Honorius damnatus & anathematizatus fuit, ut hæreticus: his hæretici erunt, Cyprianus & Ambro. qui errasse inueniuntur in iis quæ multo grauioris momenti sunt, & magis ad pietatem religionemque pertinent: terque quaterque hæretici erunt B. Ireneus, Hilarius, & Lactantius, & alij sanctorum patrum quæ plurimi.

Demōstratur alienis simū ab Honorio quod ei in actis illis impositur.

Iam & hoc, quàm etiam mendaciter imponatur sancto & orthodoxo Pontifici, quod consenserit eorū opinionem & sententiæ, qui duas energias negabant in Christo, sed vnicam tantum affirmabant (quod damnationis illa commētiā sententia aduersus eundem & cæteros prolata continet, & affirmat constare ex scripturis eius ad Sergium, que iisdem actis inserta leguntur) ex iisdem illis demonstrandum est: & sub oculo sponendum, quàm sit cæca impietas: quàm indocti & mali mendaciorum artifices Græculi illi falsarii. Ita autem habet ipsissima rei veritas.

Verissima de Honorio & monotheliticæ heresis primis authoribus historia.

Cum maximas post difficultates, turbas & controuersias, quæ vniuersum pene Orientē inuoluerant, vix dum expugnata esset Euticetis de vnitāte naturæ in Christo sententiā: & contraria veritas, de veritate duplicis naturæ in eodem, auctoritate B. Leonis, & Calcedonen. concilij definitione, stabilita, assertaque, aduersus eandem vix dum obrinuerat: cum mobilis illi, & ad omnem nouitatem contentionemque semper intenti Græci, noua quæstionum, dissentionum, & altercationum iam inuenissent semina: nouas voces, sub quibus damnatam iam Euticetis impietatem conabantur reducere, aut certe ad eam, quantum possent, simplices adducere. Itaque primus Cyrus Alexandrinus episcopus, illius Dioschori prædecessoris sui fermento adhuc imbutus, inter suos docere cœpit: non iam

inter Cyrillum Alexandrinum, & So-

vt ille, vnicam naturam sed (quod cum eodem affinitate non paruum habebat) vnicam voluntatem & energiam esse in Christo. Quod intelligens, Sophronius illi vicinior Hierosolymitanus Episcopus, ipse contra inter suos cepit ducere contrarium. Hinc cepta exortaque quaestionum & altercationum digladiatione inter vicinas ecclesias: à Sophronio, primo de eo relatum est ad Sergium Constantinopolitanum velut secundæ tunc sedis Episcopum; deinde ab utroque illorum, coniunctis legationibus ac nunciis, ad Honorium Romanum Ponti: Qui sapienter perpendens, quantum mali huiusmodi pugnis passa esset Christi ecclesia, dum pars quæque, animosa contentiositate suum studebat defendere, & dogmatis nouitate celebritatem nominis quaerere: ad hæc, considerans sine introductarum vocum nouitate de vnitate aut dualitate energiarum in Christo, constare posse, intel- ligi, & confiteri veritatem antiquam, eatenus certam orthodoxæ fidei: & sine vlla pietatis iactura potuisse ignorari definitionem quaestionis eiusmodi: consuluit altercantibus, abstinere à nouitate vocum & quaestionum istiusmodi, quæ vtrinque tunc scandalum potuerunt generare simplicibus, & nouas pugnas perniciosasque, contentiones excitare in ecclesia, præsertim, quod neutrius partis assertio adhuc certa esset ex definitione ecclesiæ permanere autem absque nouis quaestionibus in confessione iam certa ac definita orthodoxæ fidei qui vnicuique, fideli sufficere poterat. Nos enim, inquit, in eo quo iam peruenimus: oportet ambulare ac permanere. Peruenimus autem deo duce ad mensuram rectæ fidei quæ Apostoli veritatis, scripturarum funiculo extenderunt. In hac velut regia via, iussit illos incedere: & vtrinque circumpositos euitare venatoris laqueos: ne in offendiculum aliquod pedem suum impingerent incauti. Extra hanc semitam suadet non egredi: & prohibet à quoquam extorqueri: vt asserat quod nec canonicæ scripturæ autoritas, nec synodalis inquisitio ac definitio inueniebatur, eatenus explorasse. Iubet proinde nouæ adinventionis, vnius & duarum energiarum, à contentionum studiosis introducta vocabula à prædicatione fidei eximi: & in claro ecclesiarum dei præconio permanere, quo duas naturas in vno Christo vnitate naturali copulatas, & quæque cum alterius cõmunionem oper-

nodalis de rantes, confitemur. Diuinam quidē operantē, quē dei sunt: finitio ex- & humanam quā carnis sunt, exequentē: non diuise, nō con- planasse in fuisse, neq; conuertibiliter dei naturam in hominem, neq; hu- manam naturā in deum conuersam docentes: sed naturarum

differentias integras consistentes: vt vnus atq; idem, sit humi- lis & sublimis: æqualis patri, & minor patri: ipse ante tēpora natus, & qui fecit sæcula, sit natus in sēculo: qui legem dedit, factus sub lege, vt eos, qui sub lege erāt, redimeret: ipse cruci

fixus, chirographum quod contra nos erat, euacuās, in cruce de potestatibus aduersariis triūphauerit. Quē vniuersa Chri- stianæ fidei confessio, cū sibi integre cōstaret sine introdu-

stis tunc nouiter vnus aut duarum energiarum in Christo posuit ab vtrinq; nouellæ tūc adinventionis scanda-

lo, securam & planam vtrique parti viam demonstrat, in qua non impingerent: nempe, vt pro vna, quam hi dicebant, ener-

gia, aut operatiōe, vnū operatorem Christum in duabus vere naturis confiterentur. Illi verō, pro duabus, quas dicebant, o-

perationibus, duas potius naturas & diuinitatis & carnis as-

sumptæ, in vna persona vnigeniti dei patris, incōfuse, indiui-

se, atque inconvertibiliter operantes: quanque, quod sibi est proprium. Hæc ille atque eiusmodi, in epistola ad Sergium,

quæ in actis eisdem inserta legitur, quo haberet impudens, quo ex seipso coargueretur, mendacium. Nam hac eius, quā

docuit fide, nec diuus ipse Petrus proferre potuisset magis orthodoxā, nec dare salubrius ad extinguendas iam gliscen-

tes perniciosas in ecclesia contentiones, consiliū. Quod quia ab illis contentionum studiosis Græculis neglectum est: ex

qua scintilla, quantum paucis post annis sit conflatum incen-

dium: vniuersas pene inuoluēs Orientis ecclesias, ipsa rei cui dentia testis est.

Quā alie- Certē hoc in primis ex nunc dictis euidenter constat, fal-

sum esse, qd Honorio, in commētiis illis actis imponitur, ex

ea quā nunc citauimus ad Sergiū epistola: qd videlicet cōsen-

serit eorū opinioni, qui duas energias negabāt in Christo, sed

asserēbāt vnicā. Docuit quidē ille abstinere ab indefinitis ad-

huc quæstionibus, quæ nihil q̄ rixas & cōtentiones introduce-

rent in ecclesiā, & quas licebat ignorare salua nihilominus ve-

ritate necessaria orthodoxe fidei. Iubebat abstinere à nouis

tunc, & ob nouitatē scādaloſis vocabulis, & permanere inde

finita dudum, certa, & antiqua confessione fidei. Interim tamen sub antiquis, & receptis in fidei confessione vocabulis docens duas operationes in Christo, non vnicam. Nam qui *Vt docue-* docebat duarum naturarum in Christo differentias integras *ut duas o-* diuinam, & assumptam humanam, & quanque operantem, *perationes* quod sibi est proprium: an non duas ille simul operationes *af in Christo* firmabat? Qui duo distincta operantia, aut naturas operantes *non vnicā.* dicit, quamlibet secundum suam rationem & essentiam propriam, quod suum est, distincta item opera aut operata affirmat, an hic etiam distinctas illorum operantium operationes quamuis tacite, tamen clarissime insinuat? Ipsam itaque verissimam veritatem contentiosis iisdem subingerebat sapientissimus & christianissimus Pontifex, de unitate interim novis tū illis, quæ contentiones vtrinq; concitauerant vocabulis: quorum neutrum, ex definitione ecclesiastica receptum adhuc fuerat: & sine quibus in terminis illis antiquis quos idem proposuerat, etiam in hodiernum vsq; diem sufficienter eadem perdurasset orthodoxæ fidei veritas & confessio, quæ nec hodie illis ipsis vocabulis vtitur.

Sed cum illi ad contentiones & lites semper ieiunantes, sanis salutaribus, & pacificis illius consiliis non acquiescerent: sed magis Cyrus ille, sub nouæ, & indefinitæ quæstiones umbraculo, iam dudum damnatam Euticetis & Dioscori prædecessoris sui impietatem, velut per cuniculos quosdam, ac dissimulater reduce reconaretur: atque eidem, eodem etiam respiciens accessisset tandem, & Sergius: & post hunc Pyrrhus adhuc ageret seditiosus: iam clare intelligens, & perspicuens *Primum o* Honorius, quo tenderent eorum conatus impij: dogmatis *mnium Ho* illius monothelitici nouitatem, primus omnium atro carbone *norium dē* notauit, velut affinis Euticetis impietatis iam dudum damnasse nouitatem dogmatis monothelitici ut affinis impietate Euticetis & hic seductus fuisset ab eodē, in suam perfidiā, quod sibi multa *autiores* rum calamitatum & malorum causam præstitisse post intellexe- *eius,*

M iij

rat,

Pyrrhus rat, sancti Pontificis correptione respiciens & ad sanam fidei
damnat dem reuersus, eiusdem sententiæ Pontificiæ in illū exequu-
ab Honorio tor factus, eundē relegauit in Africam. Vnde non multo post
relegatus mortuo Heracleo, Romam venit ad Theodorum Pontifi-
exilio, atq; cem successorem Honorij: & simulata pœnitentiā, acceptaq;
eius histo- ab eo fidei regula, apostolicæ sedi reconciliatus, ecclesiæ suæ
ria Hera- Constantinopolitanæ ab eodem restituit, vbi, mox reuersus,
cleus Imp. ob veneno sublatum Constantinum Heraclij filium (cuius
Honorij ipse veneficii author, aut certe conciliorum princeps fuerat)
correptioe à fuga, qua salutem querebat, retractus, à furenti populo oc-
retractus cūsus est. Cui suffecto Paulo, à Theodoro, primū ecclesiasti-
monotheli- cæ communioni interdictum est: eo quod orthodoxæ fidei
tica hæresi normam, quam illi præscripserat, recusabat suscipere: adiuvā.
paulū theo te pertinaciam eius Impe. Constantio, & ipso in eandem se
dorus, pyr- ducto hæresim. Deinde Theodori successor Martinus, cū nec
rhi succes- eius correptionibus acquiesceret, congregata secum Romæ
forē excom- CL. Episcoporum synodo, prædecessorum suorum in huius
municat. impietatis authores, Cyrum Alexandrinum, Sergium & Pyr-
Martini rhum Constantinopolitanos Epif. confirmans sententiam, &
Pontif. in tiam Paulum anathematis vinculo illigatum, omni quoq; ec-
Monotheli clesiastica dignitate priuauit: & à Christiano nomine iudica-
tas, distri- uit alienum. Quamobrem Olympius Exerchus à Constantio
ctio. Imp. præfatus missus ad regendam Italiam, & Martinum occi-
 dere iussus, submisit licitorem, qui in templo B. Mariæ maioris
 (quod dicitur) sanctiss. Pontificem diuina celebrātem, inter
 missarum solennia ad sacrum altare confoderet, qui iussū fa-
 ctus, diuino miraculo subdita cæcitate percussus est. Sed de
 hoc Constantio, qui Cōstantini illius pater fuit, qui præfedit
Cōclusio ex in concilio illo sexto, quod cōmēticiū dicim⁹: cui⁹ ea, quæ co-
præmissis arguimus, acta describuntur: de quæ eius virtutib⁹, paulo post
hac ratioe. nobis iterum dicendum erit. Quorsum verò hæc dicta sunt,
 satis clare ex his demonstratum existimo, quid fidei his illis
 ipsis actis habendum sit: & quā inique eorūdem confarci-
 natores, falsissimi græculi, & qui omnium pene hæreseō quæ
 vnquam viguerūt in ecclesia quandiu adhuc constabat Græ-
 cia, authores fuerunt suam illam impietatem monotheliticā
 in sanctiss. Ro. Pont. Honorium referant.

Ratioquar Vna adhuc ratio aduersa commenticiū illud conciliū atq;
ta. eius acta proferenda est. Est autem eiusmodi: Anathematq; ac
 væ male

ut maledictionis æternæ, diuinus spiritus per prophetā percellit omnes, qui bonum malū, & malū bonū statuūt ponentes lucem tenebras & tenebras lucem vtrūque fecit illud quū fuerit (si quod tamen fuit) concilium, cuius ea sunt parengrapha illud concilium quæ coarguimus, acta VI. synodi. Non fuit ergo illud Ecclesium condē fialticum, legitimum, & vniuersale cōcilium. Vna hic minor nās sanctū nobis demonstranda est: Lacerauit illud sanctam memoriam *Impium* Honorii vere orthodoxi & sancti Pontificis, atque eundem *sanctificās* in pace mortuum iniustissime damnauit ut hæreticū, & anathema dixit, præcisumque à Christi societate & corpore, qui Christo coniunctus, cum eodem regnat in cœlesti gloria. Et contra funestissimam & ter execrandam notorii hæretici, impij sacrilegi, perfidi ac sceleratissimi hominis, Constantii inquam Imperatoris memoriam sanctificauit. Vtriusque horū qualem diximus apud omnes scriptores & historicos fuisse memoriam, iam nunc demonstrandum est.

De Honorio in primis, ut synceræ & orthodoxæ fidei studiosiss, propugnator fuerit, & hæreseos iniustissime damnatus à commenticio illo concilio, hætenus satis demonstratum est. Qualis verò eius celebrata sit memoria apud rerum ecclesiasticarum scriptores & historicos, iam nunc ostendē-
Qualis sit, à scriptori. vniuersis celebrata Honorii pō- tis. memo- ria.

In primis venerabilis Beda, Anglus, non ita multum distās ab eius ætate, libello suo de tēporibus, strictim & paucis, ut ceterorum omnīū, eius mentionē faciens, ipsius cura & studio, prædicatione autem Pauli ab eo missi Episcopi, Eudinuū Britannorum regem verbū salutis cū sua gente suscepisse: apud Scotos verò, exortū in obseruatione paschali quartodecimanorū errorem, qui primū in Nicæno, deinde & Calcedonen. concilijs damnatus extitit, & subiectus anathemati, eiusdem Pontificis literis ac diligentia correctum extinctūque fuisse irrefragabilis author est: ut qui singulari autoritate venerabilis, suorum pene temporum, suorum hominum, suæque gentis res has scribit sibi notissimas.

Fl. Blondus Foroiulien, obiter eiusdē mentionem faciens, singulari illū in deum pietatis commendat, & diuini cultus studiosiss, affirmat: scribens de eo in hæc verba. Dū Longobardi, inquit partim Isacij Exarchi metu, partim Theudelindæ reginæ imperio, in Italia pacē reseruarent: Honorius S. Pō-
Beda.
Fl. Blondus
 tifex,

Baptista
Platina.

Consenti-
tium scri-
ptorum ca-
talogus de
Honorio.

tifex, interea pacis vsus dulcedine, vrbis Romæ sacras ædes prope omnes, magnis sumptibus instaurauit: quorū nihil hoc tempore visitur aliud quàm Basilicæ B. Petri tectum ab ipso Pōtifice tegulis æneis coopertū, &c. Sed & nouas ipse ædes aliquot à fundamētis extruxit: Agnetis martyris, via Nomentana. Appollinaris martyris, Cyriaci, Quatuor Coronatorū, Seuerini, via Tiburtina xx. ab vrbe milliaria, Petri & Marcellini, via Labicana, Pancratij via Aurelia &c. Baptista Platina, qui pro instituto vitas Romanorum Pontificum maiori studio ac diligentia exequutus est, in Honorio habet in hæc verba. Ferunt, inquit, Heraclium Imper. tum quidem rerum desperationi fœdam pacem cum Saracenis iniisse, Pyrrhi Patriarchæ Constantinopolitani, & Cyri Alexandrini Episcopi fraudibus deceptum, in hæresim quoque Monothelitarum incidisse, vnam tantummodo volūtatem in Christo docentium: vnde & nomen accepere. Hos tamen postea, tanti erroris authores, hortante Honorio. & verum ante oculos literis nunciisque ponente relegauit Heraclius. Honorius autem à rebus externis aliquantulum quietis adeptus, doctrina moribûsq; omnem prope clerum reformauit, Basilicam B. Petri tegulis æneis ex Ioue Capitolino sumptis cooperuit: Aedem B. Agnetis martyris via Nomentana (vt carmen in abside indicat:) Aedem Pancratii via Aurelia restituit, &c. Moritur autem vir sanctiss. anno Pontificatus sui x. i. Hæc ille Platina. Similem de eodem memoriam ac mentionem faciūt quotquot mihi videre contingit scriptores ceteri. Raphael Volaterranus, Hartmannus Schedel, Ioannes Nauclerus. Antoninus Sabellicus, &c. Nec vllum reperi, qui non singularis sanctitatis, doctrinæ & studii in religionem Christianam & diuinum cultum illi testimonium perhibuerit. Et hunc virum talem, execratur ter execrandum illud concilium commentum à falsariis Græculis: sanctissimi viri sanctam memoriam lacerat: orthodoxæ fidei strenuum assertorem propagatoremque & hæreticæ prauitatis exterminatorem, clerici populique reformatorem, & diuini cultus ac honoris studiosissimum, facit hæreticum, & anathematizat sanctum & Christo coniunctum in gloria. Cū ipsum fuerit, si quod tamen fuerit, verò anathemate, & væ maledictionis æternæ, perstrictum diuini spiritus iudicio: quo væ dicit iis, qui bo-
num

num malum & malum bonum faciunt. Quod vt clarissime *Qualis fuit*
 intelligas & nihil dubites in ipsum competere, nunc audi: *rit Constanti-*
 ius viri idem ipsum contra sanctificet memoriam illius nem. *tius Imper-*
 pe, cuius paulo ante meminimus Constantij, tyranni scilicet. *cuius idem*
 mi, notorii hæretici, impii, perfidi, sacrilegi. Quem Actione *concilium*
 xii. eorundem actorum, Imperatorem sanctæ memoriæ di *sanctificat*
 cit. Fuit is, vt supra diximus, pater huius Constantini, qui pre- *memoriam*
 sedit fidei illi concilio, damnata à sancto Martino Pontif.
 & celebri Episcoporum (quos ea causa ad se reuocauerat) nu-
 mero c. l. concilio, & eius prædecessoribus, Monotheliticæ
 hæresis pertinacissimus assertor. Qui & sanctiss. Pontificem,
 ea causa quod illi hæresi aduersus erat: post frustra intenta-
 tas primum necis insidias, dolo tandem ac fraude, sub saluta-
 tionis prætextu circumuentum, capi fecit, & in exilium de-
 portari, & ad mortem vsque affligi. Hic inquam est ille Impe-
 rator, cuius memoriam, commenticium illud concilium san-
 ctificat, qui deinceps Romam veniens, & arte Græcanica pri-
 mum religionem simulans, oblatò B. Petri memoriæ intexto
 ex auro pallio, à clero populòque pacificum eius aduentum
 exultantibus, pacifice & honorifice susceptus, mox ad ra-
 pinas & deprædationem vrbis conuersus, omnes statuas ex-
 ære & marmore locis insignibus ad vrbis ornatum positas,
 omnia ecclesiarum ornamenta paulo decentiora diripuit: &
 nauibus ad id subuectis imposuit: plûsque ornamentorû Ro-
 mæ Imper. Romanæ urbi, v. x. diebus detraxit, quam c. l. v. i.
 annis ante fecissent barbari. in quorum potestate sæpe fuerat
 Nec Romæ tantum, sed vbicunque illi aut suis aditus patuit,
 eodem vsus sacrilegio, etiam Africa, Sardinia, Sicilia, & reli-
 quæ sibi adhuc patenti Italiæ ecclesias, sacris vasis & pretio-
 sis ornamentis spoliavit. Is ille est sanctæ memoriæ Impera-
 tor, qui diis iam pariter exosus & hominibus, scilicet tyrannus
 in subditos, in omnes perfidus, in ecclesiam sacrilegus, in fi-
 de hæreticus, aduersus hostes meticulosus, & vbique turpi-
 tervictus, ex vrbis direptione & ecclesiarum sacrilegio opi-
 ma præda onustus, ex vrbe in Sicilia nauigauit: vbi post mul-
 ta sceleratissime & crudelissime à se acta, tandem in ultio-
 nem tantorum scelerum, apud Syracusas, dum libidini vacat
 in balneo à suis confossus, dignum se exitum inuenit. Hæc at
 que istiusmodi de illo conformiter omnes prædunt historiæ
 quæ

Catalogus quæ eorū temporum & gestorum mentionē faciūt, Fla. Blon
scriptorū dus, Paulus Diaconus, Platina in Vitaliano: Pius Pontifex,
cōsentien- Nauclerus, Sabellicus, & cæteri. Hic igitur est gloriosus ille
tium, in ex Imperator, cuius memoriam sanctificat illud concilium cu-
plicatam ius acta legimus. Quod si fuit, aut esse potuit legitimum
Constantii concilium, non solum ecclesiasticum, sed & vniuersale, ex
historiam. his puto, lector, cui vel tātillum est mentis & iudicij, satis in-
Alia mul telliget.

te nota, Ne hic perstringam vniuersa, ex quibus nascito lectoris fa-
perstrin- cile subolere potest illa acta non esse germana, nec digna cō-
guntur pa cilio aliquo ecclesiastico: Ita impudentissimis gnatonis-
regraphi- seruilibus & abiectissimis adulationibus, plena omnia occur-
sm ex fal rūt: nihil vero syncerum: nihil conforme aliis cōciliis eccle-
sticis actio siasticis omnibus, nihil Romanū: nihil dignū maiestate & au-
rum illius thoritate Rom. ecclesiæ: nec in literis quæ inseruntur Rom.
concilii. Pontificis, nec in verbis & actis legatorū eiusdem in cōcilio
 scilicet, ad læuam assistētium Imperatori, præfidi illius sacro-
 sancti concilij, & gloriosissimis illis ab eodem deputatis Iudi-
 cibus, suis aulicis, Consulibus & Patritiis: item tacentium &
 nihil contradicentium iniustissimæ, damnabili, & execrabili
 damnationi sanctæ memoriæ sanctiss. Pōtificis Honorij: ad-
 uersus quam, quàm multa merito dici potuerint, imò debue-
 rint, supra demonstratum est: ad hæc sua taciturnitate appro-
 bantium superbos illos, adulatorios, falsos & vanissimos titu-
 los, quibus lectæ epistolæ Cyri ad Sergium lætabāt & instā-
 bant eundem, inscriptę in hæc verba. Deo honorabili mihi
 domino, benigno principi pastorum, & patri patrum vniuer-
 sali Patriarchæ Sergio, Cyrus humilis vester: Et altera. Pro-
 prio domino, & per omnia à deo honorando, atque ter bea-
 tissimo, benigno pastorum pastori, & patri patrum, vniuer-
 sali Patriarchæ Sergio, Cyrus humilis vester. Aduersus quos
 fastuosos, fumosos, vanissimos, atque ipsi ecclesiasticæ hierar-
 chiæ vnitati pestilentissimos titulos, quibus se mutuo scabe-
 bāt leuissimi & ambitiosissimi Græculi, quantū laborauerāt
 sanctissimi Pontifices, Pelagius, Gregorius, & Gelasius, legati
 illi apostolicæ sedis ignorare non poterant. Vt taceam abie-
 ctissimæ seruitutis verba, quæ in eisdem actis, iisdem attribu-
 untur legatis. Et quæ etiam intrusa legūtur in beatiss. Agatho-
 nis iisdem actis insertam epistolam, quæ palā Græcicæ ser-
 uitutis

uitutis & adulationis, nō libertatis, dignitatis, authoritatisq; Romanę ecclesię stylum characteremq; refert: & à stylo, tam ante illum, quàm post semper vñtato literarum Romanorū Pontificū, est alienissimus ac diuersissimus. Literas illius Imperatoris ad Donū Papam eius prædecessorem, diuales apices, & sacra præcepta faciens, Italiam, seruilem eius prouinciam: urbem Romani, serenissimi principatus eius seruilem. Græca hæc, sed eius temporis, nō Romana moneta sunt causa vocabula: Græcæ seruitutis, nō Romanę dignitatis authoritatisq; hæc seruiles voces sunt: & ab omni stylo, forma, characterē epistolarum Romanorum Pontificum etiam eius seculi, & post, alienissimę.

Vt clarissime intelligere possis nihil in vniuersis actis illis esse germanum, nihil non tractatum arte illa Græcanica: nec quicquam dubites eiusdem fidei esse, etiam Leonis 11. Romani Pontificis, velut approbantis illius Honorij damnationū, epistolam. Nam vt à nemine cui mens sana & Christiana est, ea probari possit aut potuerit, ex his quæ diximus, euidentissimum mihi esse videtur.

Quæ cum ita se habeant, nihil dubito, quenquā, qui non alienis vniuersa videt oculis, nec alieno cuncta iudicio, diu dicat, sed proprij etiam iudicij affert aliquid, clare ex his intellectionum, nec quicquam dubitaturum, etiam acta quæ nuper prodierunt, septimę synodi, recens, nescitur vbi inuenta, aut vnde allata, ac latine versa, ex eadem illa officina prodisse: nec effugere potuisse, quin multas notas circunferrent artis illius Græcanicę: non solum iis locis quibus fit mentione sextę synodi & damnatorum in eadem. (Inter quos Honorius sanctus ille Pōtifex vbiq; intrusus cernitur, quē vt vlla legitima synodus tanto post mortem eius hæreseos dānaret fieri prorsus nō potuisse, euidenter, vt puto, demonstrauimus) sed etiam in alijs plerisque multis. Ex quibus, vt vnum, exempli causa, proferam tam crassum, vt nemini, nisi mucro plane oppletas nares habeat, subolere nō possit. In actione eius secunda inserta legitur, vt secta in eadem synodo, Hadriani 1. Romani Pont. ad Tarasium Constantinopolitanum Episcopum, epistola, apostolica sedis de ea quæ tractabatur questione, fidem & sententiā continens: cui, vt orthodoxę & catholicę, nominatim subscripserūt vniuersi ex ordine præsen-

*Etia. 7. sy
nodi acta,
quæ nuper
prodierunt
prorsus
Germana
non esse.*

*Vt falsata
epistola
Hadriani
Pontifi. ad
Tarasium
Constanti
nopolit. E-
piscopum.*

tes Episcopi, totumq; concilium, & quotquot cōtrā sentiri
 execrati sunt, & anathema pronunciauerunt. Huic Epistolæ
 idem ille falsitatis architectus, quisquis fuit Græculus, eodē,
 quo intellexisti, perpetuo respiciēs: inscriptionem affuit: quā
 iurauit Hadrianus ille, a mente sua, à suis literis, imò ab om-
 nium Romanorum Pontifi, literis esse alienissimā, Iurabunt
 idem omnes quibus nota sunt historia & res ecclesiasticæ: &
 forma modusque scribendi Romanorum Pont. Est autem ea
 in hęc verba. Dilecto fratri Tarasio, Patriarchæ œcumenico
 hoc est, vniuersali aut generali. Hadrianus seru⁹ seruorū dei.
 Itāne Rom. Pontificum quisquam, pronunciauit Episcopum
 Cōstantinopolitanum, Patriarcham generalem, vniuersalem,
 aut œcumenicum? Nouimus equidē Græcicæ ambitionis,
 adulationis, & seruitutis, vt paulò ante diximus, hos fuisse in
 debite affectatos: superbos, & vanissimos, imò & pestilentissi-
 mos titulos, quibus se sequebāt mutuo, in ecclesia ad suā ma-
 xime pernitiem, vt testatur dies ista, soluentes ordinē & vni-
 tatem hierarchiæ ecclesiasticæ. Vt autem à Romano eod; ta-
 li Pōtifice, vltro attributas illi affingant, quibus magna sem-
 per autoritate, velut ex professio, restiterunt omnes Roma-
 ni Pōtices, nimis impudens cæcitas, & cæca impudentia est.
 Notū est, Cōstantinopolitanam ecclesiam ab initio inter pri-
 mas sedes locum nullum habuisse. At post, ob sedē Imperialis
 residētiæ, Episcoporū eius ambitione, simul & principum in-
 stantia, ab eisdem persuasorum ad suam hoc dignitatem pre-
 cipue pertinere, vt Imperij sui illa sedes exaltaretur etiam in
 dignitate & autoritate ecclesiastica, primū in gratiā Theo-
 dosij illius senioris, religiosi. Principis, secunda vniuersalis:
 quæ post Nicenam prima Constantinopoli aduersus Mace-
 donium & alios hæreticos nonnullos celebrata est synodus,
 prærogatiuam secundæ sedis post Romanā ecclesiam, (quæ
 admodum quintus eiusdem canō attestatur) illi derulit. Sed
 quia hoc nō probauit apostolicæ sedis autoritas, priuilegia
 ecclesiarum, prout ab Apostolis & primis successoribus eo-
 rum instituta fuerant, & in Nicæno confirmata cōcilio, secu-
 laris potestatis pretexto immutari non consentiens, nullam
 hoc autoritatem obtinuit in ecclesia: sed irritum & nullius
 momenti est habitum.

*Nota assu-
tam impu-
denter in-
scriptionē.*

*Vt diu fru-
stra ambie-
rit Constā-
tinopolita-
na ecclesia
secundæ se-
dis digni-
tate inter
ecclesias.*

Idem deinde, Anatholij Constantinopolitani Episcopi improba ambitione sollicitatus & persuasus Martianus Imperator, sua, qua valebat, gratia quodammodo extorsit à Calcedonen. synodo actione eius x. ut est videre canone eiusdem xxv. i. & nouissimo: quamuis contradicerent legati sedis Apostolicæ. Sed liberrima constantia restitit etiam huic, quamuis vniuersalis tantique concilij indulgentiæ, Leonis i. Romani Pontificis autoritas: & patres tantos, quod fecissent vltra sibi constitutum, arguit, & Imperatori, quamuis instantissime, ut consentiret, petenti, ita per literas satisfecit, ut probaret liberam eius auctoritatem & constantiam: dignam ecclesiasticæ hierarchiæ præside. Anatholio autem, eius turbæ & ambitionis auctori, etiam ecclesiastico officio interdixit: vsque ad dignam pœnitentiam. Quæ in hunc modum acta, plurimæ eiusdem beatiss. Pontificis testantur epistolæ, atque alibi à nobis copiosius demonstratum est. Tandem tamé, cū turbato indies magis statu Imperij, subtractoque ab eodem vniuerso pene Occidente per incursiones occupationesq; barbaricas, & iam Gallia teneretur à Francis, Hispania à Gothis, Italia ab eisdem & Longobardis, Britannia ad Anglis, Africa à Vandalis, & Germania suo iure viueret, & tandem etiam Francorum Imperio cederet: Cum inquam in hunc modum Occidente diuiso ab Oriente, minus etiam quam oportuit, in Orientis ecclesias valere inciperet, minusque efficax haberetur Romanorum Pontificum auctoritas: tandem horum quasi necessaria continentia, Constantinopolitanorum autem tam Imperatorum quam Episcoporum pertinaci ambitione, id obtinuerūt, ut post Romanam ecclesiam, secundæ sedis auctoritatem haberet Constantinopolitana ecclesia. Ut autem nullum modum nouit ambitio, demum sub Pelagio Romano, Pontifici. & Mauritio Imperatore, Ioannes quidam Constantopolitanus tunc Episcopus, eo prorupit insolentia ac vesania, ut, Imperiali sibi accedente fauore, consensu ac studio, conuocato Episcoporum aliquot, serui metu sibi consentientium, aut aliter persuasorum, concilio, in eo, Patriarcham œcumenicum aut vniuersalem se pronūciaret. Aduersus cuius stultissimam arrogantiam idem insurgens Pelagius, concilium illud, sua & Apostolicæ sedis auctoritate secessit. duxit in irritum: & Episcopis qui in eo conuenerant, stultæ

Ut obtinuerit tandem ambitio pertinax.

Ut sub pelagio & Gregorio, Ioannes Episcopus affectauit titulum œcumenici.

Pelagii illius elationi ac insolentiae consentire, sub anathematis interminatione interdixit: addens tam antecessores eius, quam *aduersum* eum ipsum etiam Ioannem, suis literis & epistolis proprio roboratis sigillo & chirographo Apostolicae sedis hanc auctoritatem saepe recognouisse, & publice confectos fuisse, super *Ut D. Gre* vniuersam Christi ecclesiam, seipsum etiam successoresque *gorius, ea* suos, si aduersus eiusdem sedis auctoritatem se vnquam efferrent, constringentes anathematis vinculo Idcirco, inquit, non *de ob cau-* est necesse illos excommunicare aut anathematizare. Quia *sam Impe* ipsi, anathematis vinculo seipsum (propriis manibus suas pronuntiationes, suaque scripta roborantes) constrinxerunt. Hac *rias pertu* ille Pelagius ad Episcopos qui ad illicitam vocationem *lerit.* annis illius Constantinopolitani Episcopi conuenerant. At *Ut dei,* sublato paulo post e viuis eodem Pelagio, etiam D. Gregorius eius successorem eadem tempestas excepit. Qui, quod *sia eade* Ioannis illius vanissimae & pestilentissimae ambitioni aduersus *causam as* faretur, etiam Mauritij Imperatoris, grauissimas iniurias pertulit. *firmit.* Cui quadam respondens epistola, non suam eam, sed dei & *Vni Petro* ecclesiae totius causam esse verissime contestatus est. Quia, *voce domi* inquit, pia leges, quia venerandae synodi, quia ipsa D.N. *nica totius* su Christi mandata, superbi & pompatici cuiusdam sermonis *ecclesiae* inuentione turbatur. Cunctis enim euangelium scientibus *curam con* liquet, quod voce dominica sancto omnium Apostolorum *missam.* Petro principi Apostolo, totius ecclesiae cura commissa est. *Ipsi quippe* dicitur. Petre amas me? Pasce oues meas. Ipsi *dicitur.* Ecce Sathanas petit cribrare vos sicut triticum. Ego *autem rogavi* pro te, vt non deficiet fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Ipsi dicitur. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Et *portae inferorum* non praeualebunt aduersus eam: Et tibi dabo *claves regni coelorum.* Et quodcunque ligaueris super *terram,* erit ligatum & in coelis: Et quodcunque solueris, solutum. *Ecce potestas* ei ligandi soluendique tribuitur, cura *totius ecclesiae* & principatus committitur, & tamen vniuersalis *Apostolus* non nominatur: & vir sanctissimus confessor meus *Ioannes,* vocari vniuersalis Episcopus conatur? Exclamare compellor & dicere. O tempora, o mores. Ecce *cuncta in Europae* partibus Barbarorum iuri sunt tradita, destructae *urbes,* euerfa castra, depopulatae provinciae, nullus ter

ram

ram cultor inhabitat, seruiunt & dominantur quotidie in ne-
cem fidelium, cultores idolorum & tamen sacerdotes, qui in
pauimento & cinere flentes iacere debuerunt, vanitatis sibi
nomina expetunt: & nouis ac profanis vocabulis gloriantur.
Hæc ille Gregorius ad Mauritum illius scandali patronum.
Aduersus quem, cum diuina ultio, sue vindex ecclesiæ, Pho-
cam tandem armasset, militari tumultu in castris Imperato-
rem creatum, idem, post sublatum cum coniuge & liberis
Mauritium, etiam scandalum illud, Imperiali edicto de eccle-
sia sustulit: coercita Constantinopolitani Episcopi insolentia
Vetuitque, ne quis alius nominaretur vniuersalis ecclesiæ Pa-
triarcha aut Episcopus, quàm vnus Romanæ ecclesiæ Ponti-
fex. Qui, vt semper caput fuit ecclesiarum omnium, ita & ec-
clesiasticæ hierarchiæ princeps semper est habitus. Et quâuis
idem Gregorius, tam in memorata ad Mauritium Imperato-
rem, quàm in aliis, ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium
Antiochenum Episcopos, epistolis suis, affirmet à frequentis-
sima illa Calcedonenſi synodo, beatiss. Leonem Ponti. reco-
gnitum & appellatū fuisse patriarchā œcumenicum: nunquā
tamē eiusmodi vniuersitatis titulum vsurpasse sibi vllum præ-
decessorum suorum Romanorū Pontificum. Nam qui se vni-
uersalem, inquit, Episcopum facit, omnibus aliis episcopatum
honorem detrahit, quem sibi arrogat vniuersum. Quā tamē
in re, idem Gregorius, illius Ioannis & consentientium ipsi
Græcorum, crassam stupiditatem suboblique notauit, derisit
ac velut naso suspendit. Qui cum sibi Romanorum Pontifi-
ci appellationem & titulos vsurpare cuperent, vim eorundem
non intelligentes, nec animaduertentes, neminem vnquam
Romanorum Pontificem, sese scripsisse vniuersalem Episco-
pum, Patriarcham, aut Pontificem, sed vtrique vniuersalis ec-
clesiæ Pontifices & salutabantur ab aliis, & etiam se ipsos li-
bere scribebant quoties res posceret: illi in imitatione suam
stupiditatem demonstrantes, se ridiculos etiam fecerunt. Et
hic, Tarasium, si Deo placet, Hadrianus ille Romanus Pon-
tifex, vltro Patriarcham vniuersalem facit? Quā obsecro cau-
sa? Imperatorum fortassis oppressus metu? Scilicet Constanti
nipueri, & Irenes mulierculæ matris eius? Ille inquam Ha-
drianus, quem viuum, magnus ille Carolus, vt charissimum

Sublato
Mauritio,
a Phoca
Impe. sub-
latū illud
ab ecclesiæ
scandaleū.

Vt neget
Gregorius
nec Ro. Pō-
tificum vl-
lum sibi
vsurpasse
vniuersita-
tis titulum

Græcorum
stupiditas.

Conclusio
de falsatis
Hadriani

N

P^o. ad Ta Patrem complexus ac veneratus est: Quem & mortuum,
 rasum li- quanto honore ac amore prosequutus sit, idem ipse testatur
 teris. Qu^o epitaphio à se composito, quod Romæ in ædibus D. Petri se
 lis qu^o pulchro eius ex nigro marmore incisum adhuc hodie legi-
 tur. Quod ascribere libuit: ut ex eo intelligas, qualis hic, qui
 dr^o que Ha- tusque Pontifex fuerit: quàm alienum ab eo, quod ipsi in his
 le Pon. sue de quibus agimus, actis, nugacissimus quispiam affinxit. Qua
 rit. lis denique tunc, principium & summorum Regum, erga
 Romanorum Pontificem affectus ac reuerentia fuerit. Simul
 ut & hinc conicias: quale illi Carolo: & quàm amœnum in-
 genium fuerit, qui barbaro illo atque illiterato sæculo tale
 carmen (quod idem ipse in eodem testatur, nec dubitare si-
 nit ranti viri fides & dignitas) suo Marte fecerit, Est autem
 quod sequitur.

Epitaphi
 comp. j. su
 a Car. lo
 magno, in-
 cisum se-
 pulchro
 Hadriani
 Pon.

Hic pater ecclesiæ, Romæ decus inclytus
 author

Hadrianus requiem Papa beatus habet,

Vir, cui vita Deus, pietas lex gloria Christus

Pastor Apostolicus promptus ad omne bonū

Nobilis & magna genitus de stirpe parentū

Sed sacris longe nobilior studiis.

Exornare studens deuoto pectore pastor,

Semper ubique suo templa sacrata Deo.

Ecclesias donis, populos & dogmate sancto

Imbuit, & cunctis pandit ad astra viam,

Pauperibus largus, nulli pietati secundus,

Et pro plebe sacris peruigil in studiis,

Mors cui nil nocuit, quæ Christi morte per-
rempta est,

Ianua sed vitæ mox melioris erat.

Post patrem lachrymans Carolus hæc carmi-
na scripsi.

Tu mihi dulcis amor, te modo plango pater,

Tu memor esto mei, sequitur te mēs mea sem-
per,

Cum Christo teneas regna beata poli.

Te clerus & populus magno dilexit amore.

Omibus vnus amor optime Præsul eras.

Nomina iūgo simul titulis clarissima nostris,

Hadrianus, Carolus, Rex ego, Tuq, pater.

Qui legis hos versus deuoto pectore supplex

Amborum mitis, dic, miserere Deus.

Hæc tua nūc teneat requies charissime mem-

Cū sanctis anima gaudeat alma poli. (bra

Vltima quippe tuas donec tibi clamet ī aures

Principe cum Petro surge videre Deum,

Auditurus eris vocem scio iudicis almam,

Intra nūc domini gaudia magna tui.

Tum memor esto tui pater nati optime posco

Cum patre dic natus pergat & iste meus.

N ij

*Opete regna pater faelix caelestia Christi
Inde tuo precibus auxiliare gregi.
Dum Sol ignicono rutulus splēdescet ab axe
Laus tua sancte pater, sēper in orbe manet*

Intelligis ex his Christiane lector, qualis ille, quantusque Pontifex fuerit. Qui xxiii. annis, mensibus x, diebus xviii. magna cum laude & gloria sapientissime rexit Christi ecclesiam: & quā indigne, quā mendaciter ei affingatur, quod euidenter constat vniuersos semper oppugnasse, etiam qualescunque Romanos Pontifices. Nimis certe impudēs, nimis crassa hic fuit Graecule tua impudentia: non bonum falsitatis hūc praestitisti artificem, nimis aperte commissura exorbitat. Sed ita fere fit, vt alicubi sui ipsorum obliuiscantur mendaciorum artifices: vt alicubi promineat aliquid: vnde coargui possit, quamuis magno artificio cōstructum & elaboratum mendacium: Cum vnica sibi, nuda, simplexque vndique & se cure constet atque consonet veritas. Tametsi qui diligenter aduertit animum, & cum iudicio eadem illa ipsa acta re-legit & confert secum, plurimas & alias notas deprehendit, vnde non immerito coniiciat non fuisse Germanum & certae fidei exemplar illud Graecum, vnde quae legimus Latina versa sunt: nec quo acta sunt ordine in eodem cōtineri. Certum est enim, si ipsam in illis rerum naturam spectes, & agendorum ordinem, ante in synodo recitatas fuisse Hadriani illas literas, continentes fidem & sententiam sedis Apostolicae, de quaestione tum controuersa ac proposita: & secundum eas, consonam suam sententiam declarasse patres vt orthodoxam & catholicam, quam recantaturi reducerentur in concilium Episcopi sententiam suam, quam eidem habuerat contrariam. Praesertim, cum iidem illi, mutatae sententiae suae, & intellectae veritatis orthodoxae contrariae, causam interrogati, hanc proferrent: quod viderent vniuersum illum cōtū, idem loqui & idem sentire. Explicata ergo ante fuerit oportet communis concilij sententia, quam hi introducerentur

tur reuocaturi sententiam contrariam: & petituri sui erroris veniam. Ad hoc, prima actione, mox ab ipso eius initio, velut ex abrupto factum introducit. Imò inter illos primus omnium Basilius Ancyræ Episcopus, etiam ambitiosè excusans, quod tardius ad hoc ipsum accesserit, inducitur. Illud vero, secunda actione post factum scribitur. Ad hæc, mentitur idem, qualecunque fuit, exemplar, tres præcipuas actiones eius synodi, secundam, tertiam, & quartam, absolutas die vnico: nempe VI. KL. Octobris indictionis. XI. Quarum quamlibet, si actorum multitudinem, gravitatem, & tam numerosum conuentus expendas frequentiam, multorum dierum fuisse clarissime intelliges. Atque eius generis offensus in illis alia plurima. Sed hæc mihi hoc loco sufficere posse videbantur, pro asserenda aduersus mendacissimos Græcos sanctiss. Pont. Honorij memoria: & ad commonefaciendos nostros, ne his quæ nunc sine certa & publica fide prodeunt indices, sub magnorum authorum nomine, tam secure accedant & suam fidem addicant, sed vniuersa legant cum iudicio. Ego quidem sextam & septimam vniuersales synodos nihil dubito legitimas, sanctas, & authoritatis certæ atque irrefragabiles: & legitime actum, definitum, ac decretum, quicquid in illis actum, definitum & decretum est: Aequè tamē, quod hæc quæ nunc primum nescimus vnde, prodierunt acta, sub earumdem synodorum titulo & nomine, notha, falsata, & minime germana sint, nihil dubito, quia multa in illis euidenter falsa leguntur: multa acta, & definita, quæ non possunt esse acta legitime, nec ab vilo legitima & certæ authoritatis concilio. Quicquid nouiter prodit, sub vetusti, quanuis probatissimi authoris nomine ac titulo, certam apud nos authoritatem habere nō potest. Nullum enim argumētū aliud habere possumus, vnde libros quos legimus suis certo recognoscamus authoribus, quam multorum sæculorum, & antiquitatis consensum, qui nobis de his quæ nouiter prodeunt, vt constet, fieri prorsus non potest, de authoritate dicunt synodorum, antiquitatis, & multorum sæculorum certum consensum perspicimus. Quod vero ista, quæ tunc prodierunt eorundem acta germana sint, eundem antiquitatis consensum non perspicimus. Ridicule autē faciunt, qui nobis dubitantibus de horum fide, iubent, vt proferamus alia, quæ vera, certum.

N iij

*Non posse
certa apud
nos autho-
ritatem ha-
bere: quic-
quid pro-
dit nouiter
sub vetusti
authoris
nomine ac
titulo.*

DE ACTIS VI. SYNOD. QVÆ

ta & Germana sint. Quod cum non possumus, ut his velut
certis germanisque credamus, à nobis exigunt. Perinde enim
faciunt, ac si nugator & falsitatis architectus quispiam, nunc
nobis proferret confictam à se sub nomine Pauli ad Laodicē
Epistolam (scripsisse enim ad illos idem testis est) & non
credentibus quam proferret, eam vere Pauli esse, ju-
beret proferre veriorē aliam. Quā tamen si ego
nullam habeam, non tamen ob id credam eam
esse, quā mihi à quocūq; aut vnde cūq;
profertur cum Pauli titulo. Sed
hec proposita causa suf-
fecerint.

FINIS.